BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

M. TVLLIVS CICERO

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 5

ORATOR

EDIDIT

ROLF WESTMAN

EDITIO STEREOTYPA
EDITIONIS PRIORIS (MCMLXXX)



MONACHII ET LIPSIAE
IN AEDIBVS K. G. SAUR MMII

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Cicero, Marcus Tullius:
Scripta quae manserunt omnia / M. Tullius Cicero.-
Monachii ; Lipsiae : Saur

Fasc. 5. / Orator ed. Rolf Westman.-
Ed. stereotypa ed. 1. (1980). - 2002
(Bibliotheca Teubneriana)
ISBN 3-598-71243-X

Printed in Germany

Gesamtherstellung: Strauss Offsetdruck GmbH, Mörlenbach

PIAE MEMORIAE

MATRIS

ANITA

(1904 – 1939)

FRATRIS

BROR

(1930 – 1972)

FILIAE

EVA MARIA

(1954 – 1974)

ΓΕΝΗΘΗΤΩ ΤΟ ΘΕΛΗΜΑ ΣΟΥ

PRAEFATIO

Oratoris Tulliani memoria universa non nisi omnibus eius codicibus collatis perpensisque describi poterit; a qua condicione longe absumus. nam F. Heerdegen, qui editione ante centum fere annos publici iuris facta (Lipsiae 1884) secundum communem opinionem primus in Oratore edendo certa fundamenta laboris critici iecit, 148 codices cognoverat: e quibus quattuor elegit quibus recensio textus inniteretur, quattuor alios codices (sive manus in iis exstantes) sparsis locis adhibuit[1]; reliquos non contulit, in quasdam classes distribuisse contentus. eosdem codices primarios (**AFPO**) contulerunt et ad Oratorem edendum adhibuerunt J. E. Sandys (Cantabrigiae 1885), Th. Stangl (Lipsiae 1885), W. Friedrich (Lipsiae 1889, in editione Ciceronis operum rhetoricorum). quorum exemplum postea omnes editores secuti sunt – P. Reis a. 1932 in editione Teubneriana 7 codices (omnes iam Heerdegenio notos) sparsis locis adhibendos adiecit – et quidem ita ut nemo editor nostri saeculi (ultimum nomino A. Yon 1964) videatur codices ipse contulisse, ne eos quidem, qui maximi sunt momenti[2]): adeo valuit editorum XIX saeculi exeuntis auctoritas.

Novam editionem Teubnerianam curaturus magni putavi quattuor codices primarios denuo conferre; lectiones 4 + 7 illorum codicum (et Gasparinianorum, cf. n. 1) ex apparatibus Heerdegenii et Reisii cognovi, turbam vero codicum ceterorum etiam ego neglexi, Heerdegenii iudicio fretus.[3]) at contra mihi contigit, ut 22 novos codices invenirem, quibus vel totus Orator vel partes eius continentur; e quibus unum (**W**) conferendum curavi, reliquos omnes ipse contuli. libenter fateor me hos maximam partem ope instituti Parisini invenisse quod Institut de Recherche et d'Histoire des Textes (I. R. H. T.) nominatur. ex his codicibus duo ante me in editionibus adhibiti sunt, alter (**B**) a. 1967, alter (**U**) a. 1975. vicesimus tertius codex (**T**) a. 1968 innotuit, a. 1969 accuratius descriptus est. sed et hunc et 20 codices praeter **B** et **U** ego primus ad Oratorem edendum adhibeo.[4])

---

1) De 'recensione Gaspariniana' item ab Heerdegenio adhibita v. infra p. XVI.
2) H. M. Hubbell editor Oratoris (1939) dicit se codices **AFPOM** e photographiis contulisse, sed in apparatu eius nulla collationum vestigia repperi.
3) Ceteros igitur codices Heerdegenianos in hac praefatione non commemorabo.
4) Praeterea adhibeo codicem **E**, quem Heerdegen novit sed non contulit: v. infra p. X. ex iis quae dixi colligi potest totum numerum codicum Oratoris 171 esse.

Deinde de codicum quae vocant generibus aliquid mihi est dicendum. Orator totus quidem non nisi codicibus XV saeculi traditur, qui omnes e codice illo vetere Laudensi a. 1421 exeunte invento et paucis annis post rursus deperdito[1]) derivati sunt. dimidia fere pars textus exstat etiam in codicibus qui partim vetustiores sunt et quorum princeps saeculo IX scriptus est. quae cum ita sint, minus aptum mihi videtur in universum dicere, ut omnes dicunt, duo genera codicum esse. nam in magna parte Oratoris nihil facere possumus nisi verba codicis Laudensis, quantum fieri potest, ex apographis restituere, tum illius lectiones examinare; in reliquis textus partibus lectiones 'integrorum' et 'mutilorum' comparandae sunt inter se et examinandae. qua autem ratione pro virili parte haec facere conatus sim, editio mea monstrabit.

Sequitur ut codices in hanc editionem adhibiti breviter describantur.

1. Codices integrum Oratoris textum praebentes, e Laudensi derivati

F Florentinus, Biblioteca Nazionale Centrale, Conventi Soppressi J. I. 14, chartaceus[2]), a. 1422 aut 1423 (hoc secundum Ullman[3]) p. 73) cursivis litteris scriptus. 74 foliis continet Oratorem (ff. 1^r-32^r) et Brutum. contulerunt Heerdegen (cf. descr. p. XIV sq.), Stangl. cf. Sandys ed. p. lxxxiii et Malcovati ed. p. VII sq. ipse contuli Aboae a. 1966 e vera photographia a Bibliotheca benigne mihi commodata et eodem anno mense Octobri Florentiae versatus complures locos in ipso codice inspexi. — partes codicis publici iuris fecerunt Ullman (v. n. 3) fig. 29 (f. 32^r) et G. Norcio in ed. operum rhetoricorum I (v. p. XXIV), 1970, ad p. 560 (f. 32^r) et ad p. 720 (f. 1^r).

P Vaticanus Palatinus lat. 1469, membranaceus, a. 1423 scriptus. foliis 192 continet libros De oratore et Oratorem, hunc ff. 149^v-192^v. contulerunt Heerdegen (cf. descr. p. XV sq.), Stangl, Friedrich. cf. Sandys ed. p. lxxxiii sq. et Kumaniecki ed. p. XIII sq. ipse contuli magnam partem textus Oratoris in Bibliotheca Apostolica a. 1966 et totum Aboae ex photocopia empta.

O Vaticanus Ottobonianus lat. 2057, membr., a. 1422 scriptus. foliis 126 continet libros De oratore, Oratorem (ff. 72^r-92^v), Brutum, libellum De optimo genere oratorum. contulerunt Heerdegen (cf. descr. p. XVI—

1) De codice Laudensi v. quae disputant E. Malcovati in editione Bruti, Lipsiae 1965, ²1970 (Bibliotheca Teubneriana) p. V—VII (posthac: 'Malcovati ed.') et K. F. Kumaniecki in editione librorum De oratore, Lipsiae 1969 (Bibl. Teubn.) p. VIII—X (posthac: 'Kumaniecki ed.').

2) Numerus scribitur etiam I. I. 14. interdum hic codex etiamnunc, sed non recte, vetustiore nomine 'Magliabechianus' appellatur.

3) B. L. Ullman, The origin and development of humanistic script (Storia e letteratura, 79), Roma 1960, 60 sqq.

XVIII), Stangl, Friedrich. cf. Sandys ed. p. lxxxiv sq., Malcovati ed. p. X sq., Kumaniecki ed. p. XI–XIII. ipse codicem in Bibliotheca Apostolica a. 1966 inspexi totumque e photocopia empta Aboae contuli. insignis est hic codex notationibus *uet(us)* ad codicis Laudensis scripturam referentibus.[1]) de notationibus *al* et *Antiq̄* v. infra p. XVII et p. XX.

His tribus codicibus **FPO** usus est Heerdegen 1884 et post eum editores per octoginta annos, etiam Yon 1964, ad scripturam codicis Laudensis (**L**) cognoscendam. apud illos ergo **L** = **FPO**, apud me aliter, v. infra p. XVIII.

Ithaca, N. Y., Cornell University Library ms. B 2, pergamenaceus, saec. XV. 236 foliis continet libros De oratore, Oratorem (ff. 137^v–178^v), Brutum. innotuit hic codex iam a. 1913 (Th. Stangl in Berliner philol. Wochenschrift 33, 829sqq.), accuratius eum descripsit Brutum editura E. Malcovati, Athenaeum 37, 1959, 174sqq. (ubi etiam f. 179^r et f. 234^r publici iuris fecit), quae etiam siglum **U** dedit. adhibuerunt codicem in Bruto edendo ipsa Malcovati, in libris De oratore edendis Kumaniecki (de his v. p. VIII n. 1), in Oratore edendo B. Kytzler (München 1975); haec est adhuc novissima Oratoris editio, sed apparatus minime qua oportebat diligentia confectus.[2]) textum Oratoris microfilmio ab instituto I. R. H. T. commodato usus contuli. **U**

Barcinonensis, Bibl. Univ. ms. 12, membr., s. XV. 133 foliis continet Oratorem (ff. 1^r–46^r), Brutum, librum De senectute, tum ad calcem Ps.-Senecae De remediis fortuitorum librum. innotuit a. 1960 (L. Rubio, Emerita 28, 225sqq.), adhibitus est ad Oratorem edendum ab A. Tovar et A. R. Bujaldón (Barcelona 1967); b ille nominavit[3]), B hi, quos sequor. textum Oratoris microfilmio I. R. H. T. usus contuli. **B**

Qui sequuntur codices integri, eos omnes ego primus ad Oratorem edendum adhibeo (etiam **E**, quem Heerdegen novit sed non contulit, cf. infra p. X). codex **T** (q. v.) anno 1968 innotuit, reliquos maximam partem inveni ope instituti Parisini I. R. H. T., quod etiam, ut solet, descriptiones utilissimas codicum mihi praebuit. praeter **T** omnia horum codicum sigla a me data sunt.

Hauniensis, Det Kongel. Bibl., Thottske Saml. 397 2^0, membr., s. XV. foliis 102 continet libros De oratore, Oratorem (ff. 77^v–101^v), 11 versus **H**

1) Hae (**O**^{v} in apparatu notantur) magni quidem pretii sunt, sed vetus scriptura non est utique vera: § 29 p. 9, 2 *tysias* **O**^{v} (pro *Lysias*); § 159 p. 53, 4 *parma* **O**^{v} (pro *prima*).

2) Quos inveni errores ad lectiones codicis **U** pertinentes in meo apparatu correxi: § 8 p. 3, 6; § 37 p. 11, 13; § 38 p. 12, 6; § 58 p. 18, 3; § 64 p. 19, 19; § 73 p. 22, 14; § 115 p. 35, 9; § 117 p. 36, 3; § 120 p. 36, 22; § 158 p. 52, 14; § 177 p. 61,7.

3) Ob Bruti codicem B = Vatic. Ottob. lat. 1592, Malcovati ed. p. IXsq.

Amphitruonis Plautini, carmen quoddam Petrarcae. codicem Hauniae a. 1964 inspexi, e photographia empta textum Oratoris contuli.

N Parisinus Bibl. Nat. lat. 17154, membr., s. XV. codex pulcherrimus et maximus 480 foliis continet plurima opera Ciceronis, inter quae Oratorem ff. $194^{v}-204^{v}$. ex ipso codice a. 1964 Parisiis textum Oratoris contuli.

S Pistoriensis, Bibl. comunale Forteguerriana 6 (A, 15), membr. et chart., s. XV, manu Sozomeni humanistae et canonici Pistoriensis (1387 – 1458) scriptus. 59 foliis continet varia opera Ciceronis, ultimo loco Oratorem (ff. $21^{r}-56^{v}$; 57 – 59 nullum habent textum). codicem a. 1966 Pistorii inspexi, deinde microfilmio a Bibl. Nat. Centr. Florentina mihi utendum dato usus textum Oratoris contuli.

K Holmiensis (Stockholm), Kungl. Biblioteket Va. 11, chart., s. XV ut videtur. continet foliis 105 libros De oratore, Oratorem (ff. $49^{r}-62^{v}$), Brutum aliaque opera et Ciceronis et aliorum. textus multifariam correctus et mutatus. ipsum codicem summa benignitate mihi Aboam missum a. 1969 contuli.

R Remensis, Bibl. munic. ms. 1109, membr., s. XV in. ut videtur. foliis 203 continet Oratorem (ff. $1^{r}-88^{v}$) et Brutum. textum Oratoris microfilmio I. R. H. T. usus contuli.

W Montepessulanus, Bibl. Univ., Section Médecine (H.) 214, membr., s. XV. 226 foliis continet libros De oratore, Oratorem (ff. $134^{r}-174^{r}$), Brutum. textum Oratoris microfilmio I. R. H. T. usa contulit meo rogatu Eva Michelsen Aboensis a. 1970.

J Vaticanus, Rossi lat. 557, membr., s. XV. continet 78 foliis libros De oratore et Oratorem, hunc ff. $61^{r}-78^{v}$. microfilmio empto usus textum Oratoris contuli.

E Vaticanus, Barberini lat. 126, chart., s. XV. 100 foliis continet orationes Philippicas, Partitiones oratorias, Oratorem (ff. $78^{r}-100^{r}$). microfilmio empto usus textum Oratoris contuli. – sero animadverti hunc codicem eundem esse quem Heerdegen p. XXII numero 12 signavit quemque Barberinum VIII 126 appellavit. nihilo minus decrevi eius collationi iampridem factae locum in apparatu meo servare. numero 22 novorum codicum (supra p. VII) hic codex non est inclusus.

Q Toletanus, Archivo y Bibl. Capitulares 100 – 10, membr., s. XV. solum Oratorem continet (ff. $1^{r}-53^{v}$). microfilmio empto usus contuli.

V Matritensis, Bibl. Nacional 10060 (olim Hh. 27), quondam Toletanus 100 – 9, membr., s. XV. 57 foliis continet Brutum et Oratorem (ff. $33^{r}-57^{r}$). microfilmio empto usus contuli.

T Mediolanensis, Bibl. Trivulziana 723, membr., s. XV. 161 foliis continet libros De oratore et Oratorem (ff. $124^{v}-161^{v}$). innotuit hic codex a. 1968 (G. Arrigoni, Rendiconti Ist. Lomb. 102, 161 – 188) et insequenti anno ab eadem Arrigoni libro edito (v. infra p. XVIII) accuratius descriptus et

T nominatus est, ubi etiam ad p. 44 f. 1 codicis publici iuris fecit. microfilmio empto usus textum Oratoris contuli.

Codicem Glasguensem Univ. Bibl. BE 7 – b. 9 Oratorem continentem institutum I. R. H. T. mihi indicaverat, sed Bibliotheca, quae benigne concessit ut microfilmium emerem, per litteras me certiorem fecit hunc eundem esse atque Glasguensem Univ. F. 6, 16 quem p. XXII n⁰ 61 commemoravit Heerdegen. itaque eum non contuli.

2. Codex Abrincensis aliique codices mutili

Omnium Oratoris codicum longe veterrimus est codex ille Abrincensis s. IX, qui initio mutilus a § 91 incipit (*-toque robustius*) et porro in ipso contextu magnam partem verborum Oratoris omisit, sc. § 191 *paean habeat* . . . § 231 *in eodem sem-*. ceteros 37 codices sibi notos, qui eodem modo mutili sunt, omnes ex Abrincensi derivatos esse contendit Heerdegen p. VIII – XIII, argumentis satis probabilibus nisus (cf. etiam Reis 1906 [v. infra p. XVIII n. 1], 11 – 13).

Ipse 5 codices inveni qui Oratoris textum eodem modo mutilum praebent; quos post Abrincensem enumero.

Abrincensis (Avranches), Bibl. munic. 238, membranaceus, saeculi IX medii. 60 foliis continet libros De oratore ipsos quoque mutilatos, tum Oratorem (ff. 51ʳ – 60ᵛ) eo modo quo supra indicavi mutilum. primi totum Oratoris textum contulerunt Heerdegen a. 1881 et Sandys a. 1884, qui etiam in prolegomenis editionum suarum fuse de codice egerunt (alter p. V – VIII, alter p. lxxvi – lxxx). post hos viros doctos nemo, quod sciam, codicem contulit ante me, qui a. 1964 in Gallia versatus Parisiis in instituto I. R. H. T. photographiam textus Oratoris contuli posteaque Abrincas profectus multos locos in ipso codice inspexi. de correctionibus in **A** obviis (cf. infra p. XVIII) et de mea collatione scripsi a. 1967.[1]) **A**

1) Zur Kenntnis der ältesten Handschrift von Ciceros Orator, Arctos N. S. 5, 1967, 157 – 168. ibi in correctionibus afferendis bis erravi (pag. 160 sub 3 a: A^1 habet § 233 p. 79, 20 *dissipatam*; pag. 164 sub § 113 vocabula *fac. hab.* errore ego inverti [cf. ad loc., p. 34, 11]) et octo correctiones (pudet fateri) praetermisi, quas hic describere liceat:

§ 106 p. 32, 7 *ba* supra *am* in *orabamus*; § 112 p. 34, 5 *non* supra *nos*; § 129 p. 39, 23 littera *e* vocabuli *familiare* longa littera *I* transfixa, ut fieret *familiari*; § 154 p. 49, 8 *concurrerent* A^1, tum ultima *r* expuncta, antecedens *e* longa littera *I* transfixa et litterae *ss* supra illam *r* litteram superscriptae, ita ut fieret *concurrissent*; § 157 p. 51, 10 *lubentius* A^1, tum litterae *ius* expunctae et supra *t* linea quae *er* significat addita, ut fieret *lubenter*; § 160 p. 54, 4 *i* supra *e* in *tamen*; § 163 p. 55, 3 *permulceant* A^1 (ut L), tum litt. *g* supra *c* scripta; § 175 p. 60,11 *contrarias* A^1, tum *i* supra alteram *a* (ut videtur) scripta. – in apparatu critico ex locis hic commemoratis lectorem ad hanc notam rettuli ad correctionis cuiusque modum cognoscendum (excepto loco § 113 p. 34, 11).

Qui sequuntur codices mutili, eos ego primus ad Oratorem edendum adhibeo. codex Δ anno 1960 innotuit, reliquos ope instituti I. R. H. T. inveni.

Hos codices Graecis litteris signavi, quo facilius a codicibus integris, Latinis litteris signatis, dignoscerentur.

Σ Trecensis sive Tricassensis (Troyes), Bibl. munic. 552, membr. codex duarum partium, quarum prior (ff. 1 – 116) ad saec. IX pertinet, posterior (ff. 117 – 360) ante annum 1343 scripta est (exceptis ff. 118, 119, 354 – 359 quae ad saec. XV pertinent) et ff. 299r – 305v Oratorem mutilum continet. scimus eum codicem, qui nunc posterior pars codicis 552 est, inde ab anno 1343 Petrarcae fuisse, qui in eum sua manu adnotationes intulit. microfilmio I. R. H. T. usus textum Oratoris contuli.

Δ Oxoniensis, Bodleian Library, MS. Lat. class. d. 37, membr., a. 1412. codex 72 foliorum in principio et in fine partes librorum De oratore continet, medium Oratorem mutilum (ff. 19v – 34r). innotuit hic codex a. 1960 (Ullman – v. p. VIII n. 3 – p. 83; in fig. 44 finem Oratoris [f. 34r] publici iuris fecit). empto microfilmio usus textum Oratoris contuli. Florentiae scriptum esse subscriptio docet.

Θ Trecensis sive Tricassensis (Troyes), Bibl. munic. 1559, membr., s. XV. foliis 119 continet Ps.-Ciceronis Synonyma atque Ciceronis Partitiones oratorias, De oratore libros, Oratorem mutilum (ff. 105v – 119r). microfilmio I. R. H. T. usus textum Oratoris contuli.

Φ Matritensis, Bibl. Nacional 10218, membr., s. XV ut videtur (ita iudicavit a. 1964 photographiam codicis inspiciens v. d. Ch. Samaran). 65 foliis continet libros De oratore et Oratorem mutilum (ff. 54v – 65r). Parisiis in instituto I. R. H. T. a. 1964 textum Oratoris photographia usus contuli.

Ξ Gratianopolitanus sive Cularonensis (Grenoble), Bibl. munic. 857 (136), chart., s. XV. continet 98 foliis libros De oratore, Oratorem mutilum (ff. 81r – 94v), Ciceronis Vitam. microfilmio I. R. H. T. usus textum Oratoris contuli.

μ Consensum codicum **ΣΔΘΦΞ** sive omnium sive reliquorum littera μ indico.

3. Codices partem (partes) Oratoris continentes

Bud. Budapest, Bibl. Nat. Széchényi, Cod. Lat. 148, membr., circa a. 1470. foliis 123 continet libros De oratore et Oratoris paragraphos 1 – 170 (ff. 102r – 122v) ita ut ultima verba exscripta haec sint (p. 58, 12): *inuidiosus numerus nihil* et deinde, ultimo loco ultimi versus, compendium quoddam quod legere nequeo, sed non videtur *affert* neque *aliud* (quae sunt in contextu sequentia vocabula) significare. microfilmio a Bibliotheca summa benignitate mihi misso usus Oratoris textum contuli.

— videmus hunc e numero codicum integrorum esse, nam §§ 1–91 praebet; fine tamen caret, aliquot foliis, credo, olim avulsis.

Bruxellensis, Bibl. Royale Albert Ier, 10004–10005, membr., s. XV. foliis **Brux.**
144 continet De oratore libros atque (f. 144^{r}–144^{v}) quattuor paragraphos Oratoris, sc. ab initio usque ad verba (p. 2, 5) *uel sec⟨undis⟩*, quae custodis seu reclamantis loco extremo folio 144^{v} leguntur. quae ex Oratore insunt huic codici, qui videlicet fuit ex integrorum numero, ea Parisiis in instituto I. R. H. T. a. 1964 photographia usus contuli.

Sequuntur duo codices mutili, quorum partes tantum ad nos pervenerunt. sigla iis ego dedi.

Lovaniensis, Bibliotheek der Katholieke Universiteit te Leuven, 107, Ψ
membr., s. XV. hic codex non iam exstat, nam anno 1940 incendio periit. partes eius tamen legere possumus, quoniam institutum I. R. H. T. ante illud tempus photographias complurium codicis foliorum faciendas curaverat. continebat codex plurima opera Ciceronis, inter quae Oratorem mutilum.[1]) imagines exstant initii Oratoris, ut ita dicam (f. 271^{r}): § 91 *multoque robustius* . . . *inserit nouas opi*[*niones* (§ 97 ex. p. 29, 9), tum una pagina intermissa §§ 103–109 (f. 272^{r}): p. 31, 6 *non sit aliqua* . . . p. 33, 8—9 *quibus nihil posset*; denique ultima Oratoris verba *negandi scribendi me inpudēciā suscepisse* leguntur initio folii 281^{v} (quod ceteroquin vacuum est). quibus imaginibus ab Instituto mihi commodatis usus has partes Oratoris contuli.

Leidensis, Bibliotheek der Rijksuniversiteit, BPL 127 B, membr., s. XV. Λ
codex 105 foliorum libros De oratore continet, sed ff. 104^{v}–105^{v} textus paragraphorum 112–122 Oratoris (ut in Bibliothecae catalogo legitur) scriptus est et postea erasus. benigne curatores Bibliothecae harum paginarum photographias quales 'ultraviol.' dicuntur faciendas curaverunt atque mihi a. 1977 commodaverunt ut textum quoad fieri posset conferrem. perdifficilis est lectu, cum ter quaterve totus versus, plerumque vix dimidiae partes versuum, interdum nihil omnino legi possit. tres paginae, de quibus agitur, sunt tricenorum versuum, ita ut totum fragmentum Oratoris nonaginta versibus constet. tertio demum versu folii 104^{v} equidem aliquid legi, i. e. *ex*]*plicemus* (§ 112 p. 34, 4); tum postremae fere partes versuum leguntur usque ad *explanarique* (§ 115 p. 35, 9) quod est ultimum verbum folii 104^{v}. incipit f. 105^{r} a verbo *oporteat*, et hac pagina fere priores partes versuum leguntur usque ad *ca*]*elestibus* (§ 119 p. 36, 15) quod est ultimum verbum folii 105^{r}. folio 105^{v} nihil legitur ante octavum versum, ubi cernitur vocabulum *labor* (§ 120 p. 36, 24), tum fere postremae partes versuum leguntur usque ad *efficiatur quod* (§ 122 p. 37, 22) ubi desinit pagina totumque fragmentum. quamquam omnino non multo

1) Per errorem Westman 1976 (v. infra p. XXX), 102 cum n. 15 hunc codicem inter integros commemoravit.

plus quam tertia pars textus legi potest, illud tamen manifestum est, fragmenti exemplar codicem mutilum fuisse: nam 20 fere locis A-lectionem contra L praebet noster textus. aliquas lectiones eius in apparatu attuli, sed lectores hic monitos velim etiam in §§ 112–122 codicem *Λ* non semper adesse.

Denique commemoranda sunt duo florilegia saeculi XV, quae aliquot sententias ex Oratore afferunt.

flor. Bern. = codex Bernensis, Stadt- und Universitätsbibliothek 527, chartaceus, s. XV. codex 211 foliorum excerpta Ciceronis, Claudiani, Lactantii, Horatii, Senecae, aliorum continet, inter quae f. 159r–159v viginti fere sententias ex operibus rhetoricis Ciceronis petitas, maximam partem ex Oratore (13 sent.). de inscriptione cf. infra p. XXXI. imaginibus instituti I. R. H. T. usus Parisiis a. 1964 textum harum sententiarum contuli. – in editione mea suis locis ante apparatum criticum indicabo, quae verba Oratoris in florilegio citata sint; si quis tamen volet uno aspectu cernere, quas Oratoris partes respexerit excerptor, conspectum hic subiungo earum paragraphorum ex quibus sententiae f. 159r–159v citatae depromptae sunt: §§ 14 (bis); 22; 34; 32; denuo 34; 71; 120; 123; tres sententiae ex Bruto petitae; § 142; incertae sedis fragmentum; § 186; sententia e libro De optimo genere oratorum petita; § 227; sententia incertae sedis; § 236; duae sententiae e primo De oratore libro petitae. – congruit textus excerptorum cum codicibus integris excepto loco p. 77, 10 (§ 227, ubi mutili non exstant); hic lectionem veram *lectissimis* praebet (*lectissime* L).

flor. Regin. = codex Vaticanus Reginensis lat. 358, membr., s. XV. continet foliis 108 'florilegium quoddam sacrum et profanum, sive moralium sententiarum syllogen' (catalogus A. Wilmarti, p. 331). decem sententiae ex Oratore ff. 39v–40r exscriptae sunt; de 'inscriptione' cf. infra p. XXXI. imaginibus instituti I. R. H. T. usus a. 1964 Parisiis textum horum excerptorum contuli. – in editione eodem modo quo in flor. Bern. suis locis verba Oratoris excerpta indicabo; subiungo tamen hic conspectum paragraphorum e quibus excerpta petita sunt: §§ 100; 116; 120; 123; 145; 150 (bis); 159 ex.; 235 ex.; 236. videmus haec omnia ex iis partibus Oratoris deprompta esse, quae etiam in codicibus mutilis exstant; textus formam inspicienti apparet florilegium re vera cum A congruere, nisi quod § 235 *connectere* habet, non *conectere* ut A.

4. Codices sparsis locis adhibiti

Hic illic afferuntur lectiones codicum quos infra enumero. nullum eorum ipse inspexi, ne imagines quidem, sed lectiones aliunde petivi[1]),

1) Itaque horum codicum siglis inter '*Codices*' ante apparatum criticum (v. infra p. XXI sub 3) locum non dedi.

maximam partem ex apparatu editionis Reisianae (1932). quaedam ex his lectionibus non parvi sunt momenti ad textum constituendum. sed etiam alias lectiones attuli, ut, quoad fieri potuit, lectiones omnium codicum ab editoribus adhibitorum, et veterum et novorum, uno aspectu legentibus praeberentur.

Monendum est porro lectiones allatas persaepe correctorum vel emendatorum ingeniis deberi. tales emendationes etiam in recentioribus codicibus inveniri posse manifestum est. itaque infra enumerantur etiam codices quos constat descriptos esse e codicibus etiamnunc exstantibus.

Codicum integrorum prima classis Heerdegeniana est suppletorum, i. e. eorum 12 codicum 'in quibus antiquior aliquis codex mutilus post inventum codicem Laudensem iis partibus auctus est quae antea ei defuerant' (p. XIX). huius classis unus ab editoribus affertur Florentinus Laurentianus 50, 1 (n⁰ 7 p. XX Heerdegen), membranaceus, cuius prima manus est saeculi XIII. adhibetur hic codex ob lectiones quasdam ab **FPO** discrepantes, quae ingenio deberi videntur eius qui codicem supplevit ita ut integer fieret. cf. Heerdegen p. XXIII sub I. istas lectiones littera *ϱ* signavit Reis earumque numerus in eius apparatu (ut in meo) *ϱ*
8 est; quae lectiones paragraphis 57, 64, 68 (bis), 80 (bis), 83, 107 inveniuntur.

Secundam classem vocat Heerdegen correctorum, i. e. eorum in quibus 'integri Oratoris aliquod exemplum hic illic correctum est ex codice aliquo mutilo' (p. XIX). quorum totus numerus 32 est. ac perraro quidem (§§ 77 et 154) commemoratur codex Dresdensis Dc 108, littera **D** signa- **D**
tus. maioris momenti sunt emendationes quae debentur tertiae manui codicis Vaticani 1709 (n⁰ 2 p. XXI Heerdegen); quas emendationes selectas Heerdegen littera *β* notavit earumque numerus in meo apparatu 22 est.[1]) *β*

Tertia classis est reliquorum codicum quos integros non mixtos appellavit Heerdegen, i. e. qui neque suppleti neque correcti sunt. quorum plus quam sexaginta (63) enumerat p. XXXI sq. raro (§§ 40, 66, 101) commemoratur apud me Wolfenbüttel, Gudianus 38 (n⁰ 44 p. XXII Heerdegen), littera **G** signatus, saepius Mutinensis (Modena, Bibl. Esten- **G**
se) *α* Q 8, 25, olim VI D 6 (n⁰ 37 p. XXII Heerdegen), membranaceus, a. 1425, littera **M** signatus. atque hunc quidem ex **P** descriptum esse con- **M**
tendit Reis p. VI, sed tamen satis saepe eum in apparatu attulit. quem 28 locis secutus sum, lectiones codicis **M** ex uno vel altero horum editorum petens: Sandys Stangl Friedrich Reis Hubbell Tovar—Bujaldón.

Rursus ex **F** pendent tres codices iam ab Heerdegenio in apparatu adhibiti:

---

1) Nihil in Reisii praefatione comperimus de codice **g** = Guelferbytano 199 quem ultimum in siglorum indice commemorat (p. VII ex.) et bis tantum (§§ 40 et 42) in apparatu adhibet. videtur idem esse atque Heerdegenii n° 25 p. XXI.

Florentinus Laurentianus 50, 31 (n^0 21 p. XXII Heerdegen), membr., a Poggio Bracciolini exaratus et multifariam ipse descriptus (13 apographa eius enumerat Heerdegen p. XXIV, e quibus unum, **f**, infra commemorabitur). insignis est codex frequentissimis emendationibus a Poggio
π factis, quas saepe in contextum recepit Heerdegen quasque littera π signavit, quae 37 locis in apparatu meo invenitur.

Florentinus Laurentianus 50, 18 (n^0 16 p. XXII Heerdegen), a. 1423 ex **F** descriptus. hunc adhibent editores inde ab Heerdegenio ob emendationes correctoris cuiusdam manu factas. quae saepe sunt magni pretii
λ ac littera λ signantur, quae 19 locis in apparatu meo invenitur.

ε Einsiedlensis 307 (n^0 42 p. XXII Heerdegen), littera ε signatus; continet emendationes cum ipsius librarii tum correctoris cuiusdam (ε^2) manu scriptas. contulit codicem post Orellium Heerdegen (v. p. XXIV) ac saepe adhibuit; apud me 54 locis commemoratur.

Postremo e codice π a. 1432 descriptus est codex Halensis Y g 24, olim Vitebergensis (n^0 43 p. XXII Heerdegen), quem ob quasdam emendationes proprias afferunt inde ab Heerdegenio editores. 68 locis in meo
f apparatu invenitur, littera **f** signatus.

Mutilorum praeter Abrincensem apud Heerdegenium numerus est 37; qui putat eos omnes, ut iam dictum est, ex **A** fluxisse. aliquot inter eos graviter mutati sunt atque interpolati; quarum correctionum auctorem fuisse Gasparinum Barzizza arbitratur Heerdegen p. XIII sq.
γ huius 'recensionis Gasparinianae', quam littera γ signat Heerdegen, quattuor codices adhibet Reis (p. IV); sunt apud illum n^0 29–32 p. X:

Parisinus Bibl. Nat. lat. 7750, membr., a. 1417, a Carolo Stephano collatus in ed. Cic. t. I (1554) atque inde 'vetus Stephani' vocatus.

Monacensis 15958, membr., s. XV in. (semel [§ 120] hic codex suo iure a me post Sandysium commemoratur.)

Wolfenbüttel, Gudianus 2, membr., s. XIV.

Erlangensis 303 (olim 39), membr., s. XV. incipit non, ut ceteri mutili, a § 91, sed a § 100 *subtiliter et alta grauiter*.

Horum codicum siglum commune γ apud me 23 locis invenitur.

Sunt etiam alii mutili, in quibus aut nihil aut pauca et levia e codicis **A** scriptura mutata sunt. duos codices huius generis contulit Stangl adhibuitque in editione sua:

Florentinus Laurentianus S. Marci 262, membr., s. XV (n^0 18 p. IX
l Heerdegen), quem littera **l** notavit Stangl.

Florentinus Magliabechianus VI 185, membr., a. 1418 (n^0 19 p. IX
m Heerdegen), quem littera **m** notat Stangl.

Horum emendationes selectas, ut dicit p. IV, Reis littera α signavit, mea sententia parum feliciter. lectiones eorum e Stanglii apparatu sumpsi, ubi **lm** 15 locis commemorantur.

Codicem Abrincensem et deperditum codicem Laudensem constat ex eodem archetypo fluxisse. interdum tamen alter, interdum alter verum praebet vel propius ad verum accedit; fieri etiam potest ut lectionibus eorum inter se coniungendis verum videatur elici posse. omnino in hoc opere faciendo ita videlicet procedendum est ut res ipsa et ratio suadet.

Deinceps de indole aliquorum codicum pauca dicenda sunt.

Diu existimatum est codicem **F** ab ipso Laudensi originem ducere. hanc opinionem primus, quod sciam, labefactavit Ullman a. 1960 (v. p. VIII n. 3) p. 60–69: re vera Nicolaum Niccoli propria manu **F** scripsisse, illum autem numquam Laudensem vidisse, ergo in scribendo aliud quoddam exemplar habuisse. scriptorem codicis Nicolaum fuisse putant etiam Ullman – Stadter 1972[1]) et mihi per litteras confirmaverunt Albinia de la Mare Oxoniensis, humanistarum codicum peritissima, et P. A. Stadter e civitate Chapel Hill, North Carolina, U. S. A.

Quam ob rem **F** non iam sui generis inter codices Oratoris esse existimandus est, et iam nullum apographon ipsius Laudensis possidemus.

Ne **P** quidem ex ipso Laudensi descriptus est, sed ex eius apographo, quod paulo post inventum Laudensem Cosmus Cremonensis fecerat (v. de illo G. Arrigoni 1969 [infra p. XVIII] p. 14–16). correctus tamen est **P** ex ipso Laudensi.

Codex **O** ex eodem apographo Cosmi descriptus duo genera notarum habet, quae ad Laudensem spectant. nam correctiones quibus adscriptum est *uet(us)* ita in Laudensi correctorem legisse indicant (cf. supra p. IX); tum in marginibus inveniuntur notae *Antiq(ua scriptura)* debili atramento scriptae, de quibus vide infra p. XX. in **O** inveniuntur etiam mutationes litteris *al.* praefixae, quarum numerus est 34. ex iis 22 in iis partibus Oratoris sunt, quae etiam in Abrincensi exstant; monendum est mutationes in his partibus nonnisi 9 vel 10 locis cum **A** congruere.

Subscriptio codicis **U** indicat eum e Iohannis Lamolae codice descriptum esse et scribam Alesium Germanum fuisse. de **U** egerunt in praefationibus suis Malcovati ed. p. VIII sq. et Kumaniecki ed. p. XIV–XVII. illud mihi monendum est, ad textum Oratoris nullas in **U** notas 'uetus' inscriptas inveniri, quales ad textum librorum De oratore exstant.

De codice **B** scripsit qui eum notum reddidit L. Rubio (cf. supra p. IX), qui putat eum satis neglegenter descriptum esse e codice quodam, qui summa diligentia e Laudensi descriptus erat. – in **B** nullae exstant verae correctiones: raris locis lector multo posterioris aetatis quaedam adscripsit.

---

1) B. L. Ullman – P. A. Stadter, The public library of Renaissance Florence, Padova 1972 (cf. infra p. XXX), p. 102.

Codicem **T** fuse tractavit G. Arrigoni (cf. etiam supra p. X sq.) libro qui inscribitur 'Il De oratore e l'Orator nella tradizione del codice Trivulziano 723' (1969). iudicat (p. 89) codicem *e* 'correctorum' numero esse (cf. supra p. XV) atque (p. 152) magni momenti esse ad lectiones codicis **L** recuperandas, immo etiam maioris quam codices **O** et **P**.

Ego stemmati conficiendo, id est codicum (paucorum collatorum scilicet) relationibus inter se indagandis, operam non dedi. quod vitium — si est vitium — spero novis codicibus adhibitis pensari.

Decrevi igitur omnes codices ex **L** derivatos aequa condicione adhibere ad verum textum, si fieri potest, inveniendum. quare ego non, ut editores post Heerdegenium fere omnes, **L** littera consensum codicum **FPO** indico, sed **L** significat in hac editione consensum collatorum codicum:

L = FPOUBHNSKRWJEQVT Bud.

sive omnium sive reliquorum praeter commemoratos. ordo quidem horum siglorum nihil aliud significat nisi hoc ordine me uti consuevisse.

Facere tamen non possum quin moneam quemvis facile ex apparatu meo perspecturum codices **BNQ** artiore quodam vinculo cohaerere. si altiores divisiones quaeris, interdum videntur codices **FBUNSKREQ** unam quasi familiam efficere atque ex altera parte codices **POHWJVT Bud.** codices integri **JV** in iis textus partibus, ubi **A** exstat, saepe cum hoc congruunt.

In codice Abrincensi quae insunt correctiones mutationesque, eas omnes codice ipso inspecto scribae ipsius manui deberi mihi persuasi (cf. Westman 1967 [p. XI n. 1] p. 158), quamquam aliter olim Petro Reis visum est.[1])

De lectionibus codicis **A** in iis partibus textus ubi **A** non exstat unus, quod sciam, aliquid divinare conatus est F. Heerdegen 1925 (v. infra p. XXVIII), ubi de 41 locis agit in quibus **A** verba in **L** omissa servavit.

Codices mutili novi a me collati (***ΣΔΘΦΞ*** et ***Ψ*** et ***Λ***) maximam partem cum **A** congruunt. sed interdum vel omnes vel aliqui eorum ab **A** discrepant atque adeo, quod satis mirum, lectiones plane easdem atque **L** praebent. quae res non facile explanari potest (praesertim cum constet codices ***Σ*** et ***Δ***, cf. supra p. XII, ante Laudensem inventum exaratos esse[2]), sed luce clarius indicat quantum adhuc de memoria huius operis Tulliani nesciamus.

---

1) P. Reis, Studia Tulliana ad Oratorem pertinentia (cf. infra p. XXIX), Argentorati 1906, p. 7.

2) Ita e. g. e lectionibus ad §§ 92 (bis), 94 (bis), 97, 125, 147, 157 (bis), 165, 187, 190, 237 notatis colligendum est anno 1412 exstitisse Florentiae quendam codicem (exemplar codicis *Δ* dico) mutilum quidem, sed cum **L** (tum nondum invento) multis locis cognatum.

Iam aliquot lectiones singulorum codicum afferam, quas in apparatum criticum recipere nolui, quia nimis longa explicatione indigebant.

§ 32 p. 9, 21–22 legitur in ceteris codicibus: *huius* (sc. Thucydidis) *tamen nemo neque uerborum neque sententiarum grauitatem imitatur*, sed in codice **R** haec: *huius tamen neque sententiarum neque uerborum quisquam grauitatem imitatur.*

§ 32 p. 9, 22–24 verus textus hic videtur esse: *cum mutila* (*utilia* **L**) *quaedam et hiantia* (*et hi antea* fere **L**) *locuti sunt, quae uel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas.* etiam haec scriba codicis **R** suo Marte mutavit, ut ita scriberet: *cum utilia quaedam quae ipsi etiam antea locuti sunt quaeque uel sine magistro facere potuerant excepissent germanos sese putarunt thucididis.*

§ 41 p. 13, 8: *socrates* recte **SRQ**, *isocrates* plerique **L**-codices atque etiam **F**, quamquam crassa linea cano atramento ad perpendiculum ducta primam litteram (*i*) delevit. haec linea certissime multo posterior est quam textus codicis **F**; verum igitur est etiam hunc *isocrates* habere.

§ 91 p. 27, 6 *uberius*] codex **H** habet hic magnam litteram initialem *T* et tum *Erius*, ita ut sit *TErius*; mox scribit *aliquanto* (sine *-que*). – codex **T** habet quidem *Berius*, sed ante *B* rubricator grandem litteram initialem *A* fecit, ita ut esset *ABerius* (non *uberius*).

§ 91 p. 27, 6 *aliquantoque robustius*: incipit **A**, ut notum est, a parte vocabuli *toque*. in codicibus mutilis a me collatis pro illo *toque* haec leguntur (cf. Heerdegen p. X sq.):

teque Σ
T (initialis ornata) *ERTIVM quod restat huius partitionis ingenuum est brute multo sublimius multoque Δ*
Est aliud ornandi genus multo illustrius multoque Θ
multoque Φ
teque Ξ
multoque Ψ

§ 157 p. 51, 6: propter *ibidem* severe de Tullio iudicat post alios Jocelyn 1973 (v. infra p. XXVIII) p. 72 cum n. 90. poetae nomen ante *ibidem* excidisse ratus est Jahn (in ed.). defendit Tullium Seel in app.: 'intell.: „beides ⟨sc. et *sint* et *sient*⟩ an der gleichen Stelle".'

In re orthographica tractanda postquam diu, ut ait noster, multumque dubitavi, postremo decrevi necessarium esse ad ea, quae optimo iure exposuit A. Meillet[1]), editionem meam quoad fieri potuit accommodare. itaque scribendi modus non ad certam quandam normam extrinsecus petitam redigendus est, sed ad huius ipsius operis fontes, id est ad codices manu scriptos. quae ratio duas res significat: etiam scripturae discrepantiae, quas codices praebent, in apparatu critico (licet brevissime) debent notari, et editori singulis locis eligendus est unus aliquis scribendi modus, quem in ipsum textum ponat. ad eligendum porro opus non est editoris arbitrio neque comparatione cum aliis eiusdem aetatis scriptis facienda (ea enim esset certa norma, quam dixi vitandam esse), sed regulis quibusdam e codicibus ipsis petitis. quales autem regulae adhibendae esse videantur, statim exponam.

1) A. Meillet, Ce que les linguistes peuvent souhaiter d'une édition, Bulletin de l'Assoc. G. Budé, N° 1, Oct. 1923, 33–37.

I In iis Oratoris partibus, quae etiam in codice Abrincensi exstant (§§ 91–191 et § 231 ad finem)

Sequor semper Abrincensis scripturam[1]), nisi certis indiciis colligi potest Laudensem aliter scripsisse.

Certa autem indicia voco cum codicis **O** notas marginales quae *uet(us)* prae se ferunt (cf. supra p. XVII), tum praecipue alias eiusdem codicis notas, margini eas quoque adscriptas sed plerumque iam paene evanidas, quae nonnisi vocabulo *Antiq̄* constant (**O**ª in apparatu notavi) et suo quodam signo ad aliquod textus vocabulum referunt, indicantes hunc scribendi modum in illo codice veterrimo, scilicet Laudensi, fuisse.[2]) talibus igitur locis auctoritatem Laudensis codici Abrincensi praetuli, hunc ceteroquin religiose secutus.

Postremo moneo me in re orthographica codicum mutilorum *Σ Δ Θ Φ Ξ* (*Ψ Λ*) plerumque nullam rationem habuisse.

II In reliquo Oratore (§§ 1–91 et §§ 191–231)

Rursus illa codicis **O** certa indicia scripturae Laudensis secutus sum. ubi desunt, eum scribendi modum recepi quo plerique **L**-codices in hanc editionem collati[3]) utuntur.

Pauca sunt addenda. variationis *ae/ę/e* et *nihil/nil* plerumque nullam rationem habui. item non commemoravi geminationes consonantium omissas aut perperam effectas (scatet talibus **H**, habet etiam **P**), sive in codice correctae sive non correctae sunt. rationes scribendi quales sunt *contempnendus*, *dif(f)inire*, *substulit* prorsus neglexi itemque scilicet scripturas quales *congluctinatio*, *legiptimarum*. ubi est varietas qualis est *nunquam/numquam*, lineas nasales (*nūquam*) aliaque compendia neque *m* neque *n* indicare arbitratus sum.

In nominibus vocabulisque Graecis non semper scripturae varietatem (e. g. *i* pro *y*, aspiratio omissa) in codicibus obviam commemoravi.[4])

Denique moneo me in tota re orthographica codices **N** et **K**, quorum imagines nullae mihi praesto erant, nonnisi raro adhibere potuisse (tum etiam illud '*n. l.*' = 'non liquet' omisi).

Hactenus de orthographia textus. inter textum et apparatum criticum tria in mea editione sunt vel esse possunt:

1) 'Orator citans', sc. loci ex aliis operibus in Oratore citati, e scriptis

---

1) Scilicet ceteris paribus; nam § 96 p. 28, 17 et § 180 p. 62, 10 *omnis* (**A**) in contextum poni non potest (neque mea sententia *respondentis* § 143 p. 44, 20).

2) Etiam haec scriptura videlicet falsa esse potest, e. g. § 24 p. 7, 16 *omnis* et § 47 p. 15, 8 *communis* in textum recipi non possunt.

3) Quorum numerus est 17 (16 inde a § 170, ubi deficit **Bud.**: cf. supra p. XII). duobus locis eam scripturam deserui quam plerique codices praebent: § 222 p. 75, 12 et § 226 p. 77, 1, ubi credo Ciceronem clausulae (duplicis cretici) causa formam *comprensio* adhibuisse.

4) Codex **R** vocabula Graeca (sc. appellativa) constanter Graecis litteris scribit, excepto loco § 229 p. 78, 2, ubi in lacuna 3 + 9 litterarum vocabulum ἀπαλαίστρους omissum est.

sive Tullianis sive Romanis sive Graecis petiti. hic etiam locos ipsius Oratoris affero, ad quos refert lectorem Tullius.

2) 'Orator citatus', sc. loci scriptorum posteriorum qui aliquid ex Oratore afferunt. in hac quae dicitur memoria indirecta adhibenda id egi, ut distinguerem inter locos verbatim allatos et locos a scriptore posteriore libere usurpatos; est etiam tertium genus, ubi ex verbis scriptoris colligi potest illum Oratoris locum aliquem respicere.

3) Sub titulo *Codices* affero sigla eorum codicum in hanc editionem collatorum qui in quaque pagina textus adsunt, semper indicans quis eorum forte hac pagina vel incipiat vel desinat. hic etiam commemorantur loci in florilegiis (**flor. Bern.** et **flor. Regin.**) ex Oratore allati.

Apparatus criticus huius editionis a solita Oratoris editionum specie differt, quoniam numerus codicum, quorum lectiones afferuntur, multo maior est. quam ob rem conatus sum apparatum alioquin variis modis, quoad fieri potuit, in brevius contrahere.

Ubicumque habemus differentiam **L**/**A** et nihil praeterea adnotatum est, intellegendum est codices ***μ***, id est ***ΣΔΘΦΞ*** (item ***Ψ*** ubi exstat) aut ab **A** stare aut textum ita mutatum habere, ut ea mutatio e lectione codicis **A** explicari possit. omnino ***μ***-codicum (et codicis ***Ψ*** ubi exstat) electissimas tantum lectiones in apparatum recepi. de lectionibus codicis *Λ* afferendis v. supra p. XIII sq.

In codicibus iam ante notis (praesertim **F** et **P**) interdum accidit, ut vocabula manifeste propter nullam aliam causam nisi festinationem scribae sint prave scripta vel iterata vel incohata; saepissime talia sunt in codice deleta aut correcta, et quidem, ut videtur, ab ipso scriba. has scriptiones correcturasque in apparatum plerumque non recepi. ita fit, ut quaedam lectiones, quae apud Heerdegen Sandys Reis alios in apparatu commemoratae sunt, apud me desiderentur. nam in textu tradendo nullius momenti fuerunt.

Quibusdam locis fit ut in lectionibus codicis **B** vel **U** afferendis ego aliter scribam ac Tovar—Bujaldón (in ed. 1967) vel Kytzler (in ed. 1975); tum mihi credi volo.

Numeros alte positos (^{1} et ^{2}) hac ratione adhibeo: $\mathbf{F}^1$ significat lectionem in **F** primitus exaratam in illam mutatam esse, quae in meo textu legatur; $\mathbf{F}^2$ significat hunc codicem primitus eandem lectionem atque in textu habuisse, tum eam in modum ante '$\mathbf{F}^2$' notatum mutatam esse. brevitatis causa indicare non soleo qua ratione mutatio facta sit, utrum ipso loco an supra versum an notatione in margine facta an alio quodam modo.[1]) id tamen semper indico, lectionem in codice praefixam esse nota

1) In hac re solum codicem **A**, utpote omnium veterrimum, diligentius in apparatu tractandum esse censui. cf. quae separatim de **A** disputavi (v. supra p. XI cum n. 1).

al.: tum e. g. '**O**² (al.)' in apparatu scribo, similique modo si *uel*, *ul'*, *l*, *l* praefigitur (quas notas omnes una notatione 'l.' significo). de notis **O**ᵛ et **O**ᵃ v. supra p. IX cum n. 1 et p. XX. numerus ³ alte positus omnino raro adhibetur: significat mutationem iterum mutatam esse.

Ad ordinem verborum mutatum spectat notatio 'trp.' (transposuit, -posuerunt). plerumque de duobus verbis usurpatur, de tribus tum tantum, cum medium verbum est coniunctio, ut e. g. § 217 p. 73, 8, 9. notatio '*trp.* **A**¹' significat verborum ordinem primitus inversum esse, sed signis quibusdam in codice additis iustum ordinem restitui.

Notatio '*de* **N** *n. l.*' (non liquet) significat hoc loco meam collationem codicis **N** deficere. quae intra parentheses post alicuius codicis siglum adduntur, ea ad hunc solum codicem pertinent. si in enumeratione plurium codicum siglum alicuius codicis intra parentheses inclusum est, hoc significat codicem praebere quidem lectionem indicatam, sed in quadam re minore ab aliis discrepantem (ut *offitiis* pro *officiis*).

Ubi e codicibus sparsis locis adhibitis aliquid attuli, semper illorum sigla collocavi post sigla codicum in hanc editionem collatorum.

In contextu uncis quadratis [ ] litteras inclusi, quae in **L** (in §§ 1–91 et 191–231) sive in **L A** (in reliquo Oratore) insunt, sed quas philologi delendas esse censuerunt.[1]) uncis acutis ⟨ ⟩ non solum ea inclusi quae ad textum traditum addiderunt philologi, sed etiam eas litteras quas unus vel alter codex praebet quaeque sive ab **L** sive ab **L A** (cf. supra) absunt. quod eo consilio feci, ut aperte indicarem ubi textus a me (plerumque post alios) constitutus a communi paradosi differret. saepissime tamen evenit, ut neutro modo differat, litteris neque deletis neque additis, sed mutatis; tum in contextu nihil indicare potui, soli apparatus testimonio fretus.

Auctores Graeci eorumque opera ita commemorantur ut facile agnoscantur. auctores Latini eorumque opera maximam partem iis compendiis laudantur quae adhibet Thesaurus Linguae Latinae. itaque e. g. *gramm.* = Grammatici Latini ex rec. H. Keil, *rhet.* = Rhetores Latini minores ed. C. Halm (Lipsiae 1863, denuo impr. Frankfurt/M. 1964). moneo tamen me contra Thesauri regulam opus q. i. Institutio oratoria solo nomine *Quint.* afferre, omisso compendio *inst.*

Nudum signum § semper ad Oratoris ipsius paragraphos lectorem refert, ut 'p.' ad paginam versumque huius editionis.

In nominibus philologorum afferendis duplicem adhibui rationem. nomina editorum (editionumve) interdum plene[2]), interdum compendiis

1) Hanc rationem § 108 p. 33, 3 consulto secutus non sum, quia volui legentes facilius de textus forma quam praebeo iudicare. item § 166 p. 56, 17 melius iudicavi nonnisi in apparatu ea commemorare, quae codicibus insunt sed mea et aliorum sententia in textum recipienda non sunt. claritatis causa § 157 p. 51, 5 *sint* scripsi.

2) Ita semper in aliis editoribus (extra Oratorem) citandis.

affero. qui autem extra editiones artem criticam in Oratore exercuerunt, eorum nomina semper plene cito iisque semper, si fieri potest, annum adscribo, ea scilicet ratione, ut lectori clariorem imaginem, ut ita dicam, curarum criticarum offeram. et editiones et commentationes criticas litterarum ordine allatas infra p. XXIV–XXX invenies.

Postquam hanc editionem, in qua facienda nimis multos annos occupatus fui, ad finem perduxi, iucundum mihi restat officium, gratiarum actio.

Benigne me peregrinantem exceperunt atque in his studiis auxilium praebuerunt: Bibliotheca Apostolica Vaticana; Biblioteca Nazionale Centrale, Firenze, praecipue Praefecta collectioni codicum manu scriptorum Eugenia Levi; Biblioteca comunale Forteguerriana, Pistoia; Institut de Recherche et d'Histoire des Textes, Paris; Bibliothèque Nationale, Paris; Bibliothèque municipale, Avranches, cum eius Conservatore M. Delalonde; Bibliotheek der Rijksuniversiteit te Leiden; Albinia de la Mare, Oxford; Det Kongelige Bibliotek, København; Uppsala Universitetsbibliotek.

De photographiis microfilmiisque benigne mihi Aboam missis gratias ago hisce Bibliothecis: Bibliotheca Apostolica Vaticana; Biblioteca Nazionale Centrale, Firenze; Archivio Storico e Biblioteca Trivulziana, Milano; Biblioteca Nacional, Madrid; Archivo y Biblioteca Capitulares, Toledo; Országos Széchényi Könyvtár, Budapest; Bibliotheek der Rijksuniversiteit te Leiden; Bodleian Library, Oxford; Glasgow University Library; Det Kongelige Bibliotek, København, atque ante omnes Institut de Recherche et d'Histoire des Textes, Paris. ipsum codicem suum mihi summa benignitate commodavit Kungl. Biblioteket, Stockholm.

4 meos] eos **O** || 5 *add. Schenkl 1870, 622* | demosthenem quem uelim **B** *ut coni. Muther 1886, 1196* d. quem uim **PUHJWTM** d. que uim **FO**^{2}**S**^{1}**EQ** d.que uim **V** d. qui uim **K** *ut v.* d. quem cum **N** d. quem *et ras. 8–10 litt.* **Bud.** d. quem unum **S**^{2} (al.) d. unumque **f** d.que ium *fere* **O**^{1} demosthenisque uim **R** *non male* D. huiusque vim *Hdg., Kroll, Yon* D. eumque unum *Sauppe ap. Jahn, Sa.* || 6 sentiam] sententiam **S**^{1}**RE** sentio *(quod maluerunt Hdg., Stangl) cl. De or. 1, 61 Schlittenbauer 1904, 1257* || 7 estitit **E** || 8 *de verbis* dici se *cf. Glucker 1974, 171–176 et Castorina 1974* || 9 ipsi ⟨se⟩ *dub. Kroll p. 203* || 10 *add.* $\beta\lambda$ non *ante* magis *add.* **K**^{2}**Q**^{2}, *ante* credo **f** || 11 ⟨hinc⟩ discant *Castiglioni 1935, 353* ⟨ab hoc⟩ discant *Bake 1856, 42* discant ⟨ab illo⟩ *Stroux 1913, 260 nihil tamen addendum vid., cf. supra* sermo imperitus *et infra* docere | ipsius **L** *Philippson 1936, 1339 (ut v.)* illius ε *(quod prob. Bake l. c. et Heerdegen 1922, 5 sq.)* || 15 mediatrix **J** || 16 omnis **PO**^{a}**J** || 19 adsciuerunt **Q** | aptum suis auribus] suis artibus *codd. Non.* | opimum **F**^{2}**BNSQ** *Non. Minuc. Tulichus* optimum **LF**^{1} || 20 adipale **L** (*cf. Ambr., hic supra*) adipate **BN** adipatae **Q**^{2} *Non.* adepatae **Q**^{1} antipale **R** adipatum *Lamb.* | quod] quo **N**^{1}**SQ**^{1}**E** || 21 graeci **Jf** graecia **L** (gretia **U**) | *verba* Graeci(a) . . . minus *post Sauppe 1857, 7 del. multi edd., def. Stroux 1913, 258 sq.* (Graeci), *cui assentitur Castiglioni 1935, 353* || 22 repudiarunt **U**

sincerumque iudicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire et elegans. eorum religioni cum serviret orator, nullum verbum insolens, nullum
26 odiosum ponere audebat. itaque hic, quem praestitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte oratione longe optima summissius a primo, deinde, dum de legibus disputat, pressius, post sensim incendens iudices ut vidit ardentes, in reliquis exultavit audacius. ac tamen in hoc ipso diligenter examinante verborum omnium pondera reprehendit Aeschines quaedam et exagitat illudensque dira odiosa intolerabilia esse dicit; quin etiam quaerit ab ipso, cum quidem eum beluam appellat, utrum illa verba an portenta sint, ut Aeschini ne Demosthenes quidem videatur Attice dicere.
27 facile est enim verbum aliquod ardens, ut ita dicam, notare idque restinctis iam animorum incendiis irridere. itaque se purgans iocatur Demosthenes: negat in eo[s] positas esse fortunas Graeciae, [in] hocine an ⟨illo verbo usus sit⟩, huc an illuc manum porrexerit. quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus? cum vero inclinata ululantique voce more Asiatico canere coepisset, quis eum ferret aut potius quis non iuberet auferri?

9
28 Ad Atticorum igitur aures teretes et religiosas qui se accommodant, ii sunt existimandi Attice dicere. quorum genera plura sunt; hi unum modo quale sit suspicantur. putant enim, qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. errant, quod
29 solum; quod Attice, non falluntur. istorum enim iudicio, si solum illud est Atticum, ne Pericles quidem dixit Attice, cui primae sine controversia deferebantur. qui si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane poeta

'fulgere, tonare, permiscere Graeciam'

§ 26 (**3**) diximus] *§ 23* (*cf. § 6*) | (**7–10**) *Aeschin. in Ctes. 166–167* || *§ 27* (**12–14**) *Demosth. de corona 232* || *§ 29* (**25**) *Aristoph. Acharn. 531*

§ 27 (**13–14** negat ... porrexerit) *resp. Aug. contra Cresc. 2, 1, 2 (PL 43, 468) atque (brevius) Ambr. in Luc. 2, 42 (PL 15, 1649)* | (**14–16** quonam ... putidus?) *Non. p. 460, 26–31* (PVTIDVM) || *§ 28* (**20–21** modo id ... dicere) *Non. p. 60, 3–6* (ENVCLEATE) || *§ 29* (**23**–*p. 9*, **1** ne Pericles ... esset) *resp. fort. Quint. 12, 2, 22*

Codices: **L**

4 ctesiphonte **FO^{2}S** *nomen in cett. codd. varie corruptum* || **5** dum] cum **OE** (*ut v.*) | de *om.* **HK** | incendens **L** (-tendens **R**) incedens **NE Bud.** *Minuc. Tulichus ut coni. Ern., H. Meyer, Bake l. c.* || **6** ardentes **LF^{1}S^1** -is **F^{2}S^{2}EV** | ac tamen **FOSWEQVT** attamen **PUBHKRJ Bud.** (*de* **N** *n. l.*) || **8** dira **NEQ** (*cf.* *μιαρά Aeschin.*) dura **L** || **9** appellat **Bud. M** (*ut coni. Goeller*) appellet **L** appellaret **R** || **13** in eo **F^{2}N^{2}S** *π λ* in eos **LF^{1}N^1** | *del. Sauppe, cf. statim* || **13–14** hocine an *scripsit (et* illo ... sit *add.) Sauppe 1857, 4 collatis Ambrosii Augustinique locis (v. hic supra)* hoc in eum **LB^1** hoc eum **T** hoc in enim *post. manus in* **B** (al.) hoc an ⟨illud verbum dixerit⟩ *Strebaeus e Demosth. de cor. 232* || **14** huc] hucine *Pid.* *om.* **H** || **15** exagitetur ut] agitetur *codd. Non.* || **18** aures **US^2** (al.) *π β λ* aut res **LS^1** res **BHRWT Bud.** | adcommodant **U** || **19** hi] hii **K** ii **UR Bud.** || **20** -que *om.* **U^1** qui **O** || **24** Aristophane] Eupoli *primo scripserat Tullius, v. epist. ad Att. 12, 6, 3*

dictus esset. dicat igitur Attice venustissimus ille scriptor ac politissi-
mus Lysias (quis enim id possit negare?) dum intelligamus hoc esse Atti-
cum in Lysia, non quod tenuis sit atque inornatus, sed quod [non] nihil
habeat insolens aut ineptum. ornate vero et graviter et copiose dicere
aut Atticorum sit aut ne sit Aeschines neve Demosthenes Atticus. ecce 30
autem aliqui se Thucydidios esse profitentur, novum quoddam imperito-
rum et inauditum genus. nam qui Lysiam sequuntur, causidicum quen-
dam sequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et
elegantem tamen et qui in forensibus causis possit praeclare consistere.
Thucydides autem res gestas et bella narrat et proelia, graviter sane et
probe, sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum.
ipsae illae contiones multas ita habent obscuras abditasque sententias
vix ut intelligantur; quod est in oratione civili vitium vel maximum. quae 31
est autem in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande
vescantur? an victus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit,
oratio non potuit? quis porro unquam Graecorum rhetorum a Thucydide
quicquam duxit? at laudatus est ab omnibus. fateor, sed ita ut rerum
explicator prudens severus gravis, non ut in iudiciis versaret causas, sed
ut in historiis bella narraret. itaque nunquam est numeratus orator nec 32
vero, si historiam non scripsisset, nomen eius extaret, cum praesertim
fuisset honoratus et nobilis. huius tamen nemo neque verborum neque
sententiarum gravitatem imitatur, sed cum mutila quaedam et hiantia
locuti sunt, quae vel sine magistro facere potuerunt, germanos se pu-
tant esse Thucydidas. nactus sum etiam qui Xenophontis similem esse
se cuperet; cuius sermo est ille quidem melle dulcior, sed a forensi stre-
pitu remotissimus.

§ 30 (**10–11** Thuc. . . . publicum) *et § 31* (**16–17** quis . . . duxit?) *resp. Quint. 10, 1, 33* || *§ 32* (**24–26** nactus . . . remotissimus) *resp. Quint. l. c.*

Codices: **L**; **25** sermo mele dulcior **flor. Bern.** *f. 159*^{r}

2 Lysias] tysias **O**^{v} thysias **P**^{2} (al.) | id possit] possit **T Bud.** possit id **K** | intelligimus **B** intellegamus **FU** | hoc] id **BNQ** || **3** thysia **P**^{2} (al.) | atque] aut **BNS**^{2} (al.) **Q** | quod nihil **R**$\beta\lambda$ *Minuc. Tulichus* quod non nihil **LN**^{1} (non *exp.* **N**^{2}) quod nihil non **J** quod non aliquid **Bud.** || **7** secuntur **FUBSJET** || **7–8** causidicum . . . sequuntur *om.* **BK**^{1} || **8** secuntur **FUSJE** | suptilem **FU**^{2}**S** || **9** et qui β nec qui **L**ε**f** (*quo retento* ⟨non⟩ *ante* possit *Baiter*) || **12** multas ita *Earle 1905* ita multas **L** || **13** intellegantur **F** || **15** uescantur **LO**^{v} uescamur **O**^{1} || **16** umquam **J** || **17** quidquam **U** quitquam **J** (*ut v.*) **Bud.** | omnibus **LO**^{v}**K**^{2} hominibus **O**^{1}**NK**^{1}**J** || **20** *ante* extaret *ss.* non $\beta\lambda$ | exstaret **Q** || **21–22** *de lectione cod.* **R** *v. praef. p. XIX* || **22** cum mutila **O**^{v} cu mutila **O**^{1} cum utilia **L** cum inutilia **V** | et hiantia $\beta\lambda$ et hiantea **O**^{v} et hi antea **LO**^{1} et (h)ii antea **HK Bud.** *de* **R** *v. statim* || **23** quae] '*malim* quod' *Hdg. (quod prob. Kornitzer 1914, 125)* | vel *om.* **B** || **22–24** *de lectione cod.* **R** *v. praef. p. XIX* || **24** thucididis **N**^{2}**RE** *Minuc. Tulichus*

33 Referamus igitur nos ad eum quem volumus inchoandum et eadem
10 eloquentia informandum quam in nullo cognovit Antonius. magnum opus omnino et arduum, Brute, conamur, sed nihil difficile amanti puto. amo autem et semper amavi ingenium studia mores tuos. incendor porro quotidie magis non desiderio solum, quo quidem conficior, congressus nostros, consuetudinem victus, doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam ammirabili fama virtutum incredibilium, quae specie dispares pru-
34 dentia coniunguntur. quid enim tam distans quam a severitate comitas? quis tamen unquam te aut sanctior est habitus aut dulcior? quid tam difficile quam in plurimorum controversiis diiudicandis ab omnibus diligi? consequeris tamen, ut eos ipsos quos contra statuas aequos placatosque dimittas. itaque efficis ut, cum gratiae causa nihil facias, omnia tamen grata sint quae facis. ergo ⟨in⟩ omnibus terris una Gallia communi non ardet incendio; in qua frueris ipse te, cum in Italiae luce[m] cognosceris versarisque in optimorum civium vel flore vel robore. iam quantum illud est, quod in maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctri-
35 nae, semper aut ipse scribis aliquid aut me vocas ad scribendum. itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto, quem ipsum nunquam attigissem tempora timens inimica virtuti, nisi tibi hortanti et illius memoriam mihi caram excitanti non parere nefas esse duxissem. sed testificor me a te rogatum et recusantem haec scribere esse ausum. volo enim mihi tecum commune esse crimen, ut, si sustinere tantam quaestionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti; in quo tamen iudicii nostri errorem laus tibi dati muneris compensabit.

§ 35 (18–21) Catone absoluto] *cf. Puccioni (ed. fr. 1972) p. 167*

§ 33 (2–3 magnum ... conamur)] *v. locos infra ad § 75 allatos* | (3 nihil ... puto) *resp. fort. Hier. epist. 22,40 (PL 22,423)* nihil amantibus durum est, nullus difficilis cupienti labor est || *§ 34* (12–13 efficis ... facis) *libere affert Amm. Marc. 27,9,10* | (15–17 iam ... scribendum) *haec respicere Quintilianum (10,7,27) putant edd. et Ciceronis et Quintiliani, mea sententia non recte*

Codices: **L**; 9 quis te ... dulcior *et* 12–13 quom gracie ... facis **flor. Bern.** *f. 159*^{r}

1 ig. nos] nos igitur **E** (*ut coni. Ern.*) | incohandum **REQVf** | eadem *def. Philippson 1936, 1339* ea *Bake 1856, 45 et Yon p. 124* ea demum *Ern. (et postea Stangl et Radermacher 1942,192)* '*fort.* ea denique' *Hdg.* eadem ⟨illa⟩ *Stroux 1913, 259 sq.* || 4 incendor **UBN^{2}KQ**$\pi\lambda$**f** incendiosior **L** incendios cor **N^1** || 5 cottidie **P^{1}U** | desiderio **LO^v** desidero **O^1** || 7 admir- **UBJEQV** | ammir. ... incred.] incredibili fama uirtutum admirabilium **E** (*ut coni. post Venet. 1 multi edd.*) | prudentia **N^{2}RV^3** $\pi\beta\lambda$ prudentiae **LN^{1}V^2** prudensque **V^1** *ut v.* ⟨ui⟩ prudentiae *Heerdegen 1903, 268 et 1922, 6 sq. non male* || 9.10 tam facile **P^1** || 11 placatasque **O^1** || 13 grata sint quae *ex* **flor. Bern.** (gr. sunt quae) *We.* (*etiam clausulae causa*) sint quae grata **BNQ** sint grata quae **L** | *add. Hdg. cl. De or. 1, 196, prob. Castiglioni 1935, 352* ex omnibus λ omnibus ⟨perterritis⟩ *Rs.* || 14 te] tua virtute *dub. Sa.* | cum *bene def. Kroll. comm. et Philippson l. c.* et tamquam *Bake l. c.* | italiae **LN^{2}Q^1** italia **BN^{1}SQ^2** (*ut v.*) | luce **N^2**$\beta\lambda$ *cf. epist. ad Q. fr. 1, 1, 9 (D'Arbela)* lucem **LN^1** || 16 maxumis **FOUV** || 18 adgressus **U** || 20 caram] etiam **BNQ** | dixissem **P^{1}J** || 21 recusantem **UBS^2** (al.) λ recusandum **LS^1** recusasse **R** || 23 impositi] positi **BN^{1}SEQ** ī *praefixit* **N^2**

Sed in omni re difficillimum est formam, qui χαρακτὴρ Graece dicitur, 11 36 exponere optimi, quod aliud aliis videtur optimum. Ennio delector, ait quispiam, quod non discedit a communi more verborum. Pacuvio, inquit alius: omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus, multa apud alterum negligentius. fac alium Accio; varia enim sunt iudicia, ut in Graecis, nec facilis explicatio quae forma maxime excellat. in picturis alios horrida inculta, abdita et opaca, contra alios nitida laeta collustrata delecta⟨n⟩t: quid est quo praescriptum aliquod aut formulam exprimas, cum in suo quodque genere praestet et genera plura sint? hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus existimavique in omnibus rebus esse aliquid optimum, etiam si lateret, idque ab eo posse qui eius rei gnarus esset iudicari.

Sed quoniam plura sunt orationum genera eaque diversa neque in 37 unam formam cadunt omnia, laudationum scriptionem et historiarum et talium suasionum qualem Isocrates fecit Panegyricum multique alii qui sunt nominati sophistae, reliquarumque rerum formam quae absunt a forensi contentione, eiusque totius generis quod Graece *ἐπιδεικτικὸν* nominatur, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est, non complectar hoc tempore; non quo negligenda sit, est enim illa quasi nutrix eius oratoris quem informare volumus et de quo molimur aliquid exquisitius dicere. ab hac et verborum copia alitur et eorum con- **12**

Codices: **L**

1 qui *Tulichus, omnes edd.* quod **L** quae *in mg. Minuc. et Tulichus* | *χαρακτὴρ* **R** character **B** karacter **Q** caracter **L** carecter **P** || 2 aliud *om.* **BNQ** || 3 pacuuio **LO**^{2} (al.) pacunio *ut vid.* **PHJE** pacuio **O**^{1} pacuio **F** *(ubi altera* u *s. v. addita erasa est); de hac forma nominis cf. Stroux 1913, 260 et Malcovati 1934, 13* || 4 multi *Schenkl ap. Hdg.* multo *Lamb.* || 5 negligentius **LN**^{1} neglegentius **OBWT** negligenti **EQ** neglegenti **S** negligentia **N**^{2} *non male* || 6 alios **K**^{2}**R**ε^2**f**^{2} alius **LO** (us *in ras.*) **K**^{1} || 7 abdita et *om.* ε *secl. Madvig 1876, 562 et Yon p. 125, sed optime def. Ammon 1914, 459 et Castiglioni 1935, 353 et Pinkster 1969, 261 sq.* | alios **K**^{2}**RE**^{2} (*nisi est* alias) ε^2 alius **LK**^{1}**E**^{1} | laeta] lecta **BNQ** lata **R** | conlustrata **FPUWJT** || 8 delectant **E**πε delectat **L** delectatur *Minuc. Tulichus* | praescriptum **T**β perscriptum **L** scriptum **J** || 9 sint] sunt **BNSQ** || 13 orationum *etiam* **U** || 14 laudationum scriptionem *Havet 1886, 156 et Kroll comm. cl. Tusc. 5, 121 et Yon p. 125 cl. De or. 2, 5; cf. etiam Brut. 228 atque praecipue De or. 2, 341* laudationum scriptionum **L** (*def. Rostagni 1922, 43 n. 2*) l., descriptionum *Stroux 1913, 261, unde* l. et descriptionum *Rs.* scriptionum *del. Sauppe 1857, 10, post* reliquarumque (16) *transtulit* (*deleto vocab.* rerum) *Madvig 1873, 188* | et historiarum *del. Lamb., sed cf. De or. 3, 211* || 16 rerum **L** (*quod vid. retineri posse, cf. De or. 2, 64*) earum *Jahn* rerum ⟨earum⟩ *Heerdegen 1925, 15 sq.* de orationum *cogitat Stroux 1913, 261 (recepit Seel, prob. van den Bruwaene 1953, 186)* || 17 Graece] recte grece **U** || 17. 18 *ἐπιδεικτικὸν* nominatur **R** epidicticon nominatur **FO**^{v}**UBNSEVQ** epedicti (epedycti, epediti *vel sim.*) connominatur **PO**^{1}**HWJT Bud.** (-antur) epiditō latine demonstratiuum connominatur **K** || 18 quod quasi **USK**λ**f** quodque **R** *non male* qua quasi **L** quia quasi *edd. fere omnes ('vulg.')* || 19 amplectar **P**^{1} | negligenda **BHKRJEQV Bud.** negleg- **POUSWT** *de* **FN** *n. l.*

38 structio et numerus liberiore quadam fruitur licentia. datur etiam venia
concinnitati sententiarum et arguti certique et circumscripti verborum
ambitus conceduntur †de industria quae non ea insidiis† sed aperte ac
palam elaboratur, ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant,
ut crebro conferant⟨ur⟩ pugnantia comparent⟨ur⟩que contraria et [a]ut
pariter extrema terminentur eundemque referant in cadendo sonum;
quae in veritate causarum et rarius multo facimus et certe occultius. in
Panathenaico autem Isocrates ea studio se consectatum fatetur; non
39 enim ad iudiciorum certamen, sed voluptatem aurium scripserat. haec
tractasse Thrasymachum Calchedonium primum et Leontinum ferunt
Gorgiam, Theodorum inde Byzantium multosque alios quos λογοδαιδάλους
appellat in Phaedro Socrates. quorum satis arguta multa, sed ut modo
primumque nascentia minuta et versiculorum similia quaedam nimium-
que depicta. quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles: quo-
rum aetas cum in eorum tempora quos nominavi incidisset, longissime
tamen ipsi a talibus deliciis vel potius ineptiis abfuerunt. alter enim sine
ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur et de bellicis
rebus canit etiam quodam modo bellicum. primisque ab his, ut ait Theo-
13 phrastus, historia commota est ut auderet uberius quam superiores et
40 ornatius dicere. horum aetati successit Isocrates, qui praeter ceteros
eiusdem generis laudatur semper a nobis, nonnunquam, Brute, leniter
et erudite repugnante te; sed c[r]edas mihi fortasse, si quid in eo laudem
cognoveris. nam cum concisus ei Thrasymachus minutis numeris videre-

§ 38 (5–8) *Isocr. Panathen. 1–2* || § 39 (11–12) *Plat. Phaedr. 266 e*

§ 38 (3–4 quae non ... respondeant) *Non. p. 525, 5–10* (DEMENSVM) || § 39 (16–17 alter ... fluit) *Non. p. 177, 2–7* (SALEBRAS) | (17–18 alter ... canit ... bellicum) *Quint. 10, 1, 33 (libere); cf. infra ad § 62*

Codices: **L**

1 numeris **BNQ** || 2 concinnitati **O**^{2} (al.) **UBK**^{2} (*fere*) **RW**^{2}**EQV Bud.** concinniati **FPHSW**^{1}**T** concinnati **O**^{1} concinat **J** continuitati **K**^{1} *de* **N** *n. l.* | arguti **P**^{2}**O**^{2} (al.) **UBNSRWEQT M** arguiti **FP**^{1}**O**^{1}**HKJV** argumenti **Bud.** argutiis *Hdg. in app.* || 3 industria qu(a)e **LS**^{1} (quae *etiam Non.*) industria quia **S**^{2} (al.) industriaque *edd.* | ea **L** eius **Bud.** ex *Non., edd.* | ac *om. Non.* || 4 elaborantur **N**^{2} *ut v.* elaborat **Bud.** *codd. Non.* | demensa **LN**^{1} *Non.* dimensa **N**^{2}**E** *Lamb.* || 5 ut] aut *Hdg.* | conferantur ... comparenturque *Manutius* conferant ... comparentque **L** (-que *om.* **BNQ**) (*rasurae tamen parvae singulae post* t *litteras in* **P**) | et ut **f** et aut **L** [et] aut *Hdg. (cf. supra)* || 6 terminentur *etiam* **U** || 8 panathenaico **US**^{2} (al.) p(h)anathenateo **FOBKREV** phanatanateo **PHWJT** panathanacco **S**^{1} phatanateo **Bud.** panateneo **Q** panateo **N** | socrates **OK**^{1}**E**^{1} (*ut v.*) | studio se **BSQ** *ut dist. Laurand 1913, 479 sq. (et Radermacher 1942)* studiose **L** ⟨se⟩ studiose *vulgo* || 9 sed **L**, *Seel cl. Acad. 2, 66* sed ad **UV** *λ multique edd.* || 11 gorgian **PHRWT** | logodedalos **L** (-dod-**P**) || 13 nimiumque] minimeque **POK**^{1} (*ut v.*) **J** || 16 delictis **P**^{1}**J** (*ut v.*) | abfuerunt **P**^{1}**UHRWJVT Bud.** afuerunt **FP**^{2}**O** affuerunt **BN**^{2}**SKQ** auferunt **E** *de* **N**^{1} *dubito* || 20 socrates **K**^{1} iosacrates **P** || 21 leuiter **FU**^{1}**SKREV** *dubito de* **JT** || 22 cedas **J** cedas *vel* cedes *Ern.* credas **L** *def. Yon p. 126* concedas *vel* concedes *Hdg. (p. XXXI)*

tur et Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam verba vinxisse, Theodorus autem praefractior nec satis, ut ita dicam, rotundus, primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias. in quo cum doceret eos, qui partim in dicendo partim in scribendo principes extiterunt,
domus eius officina habita eloquentiae est. itaque ut ego, cum a nostro Ca- 41
tone laudabar, vel reprehendi me a ceteris facile patiebar, sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. est enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates:

'adulescens etiamnunc, o Phaedre, Isocrates est, sed quid de illo augurer lubet dicere.

quid tandem? inquit ille.

maiore mihi ingenio videtur esse quam ut cum orationibus Lysiae comparetur, praeterea ad virtutem maior indoles, ut minime mirum futurum sit, si, cum aetate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum quantum pueris reliquis praestet omnibus qui unquam orationes attigerunt, aut si contentus his non fuerit, divino aliquo animi motu maiora concupiscat; inest enim natura philosophia in huius viri mente quaedam.'

haec de adulescente Socrates auguratur; at ea de seniore scribit Plato et
scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum hunc miratur 42
unum. me autem qui Isocratem non diligunt una cum Socrate et cum Platone errare patiantur. dulce igitur orationis genus et solutum et affluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere quod diximus proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum, spretum et pulsum foro. sed quod educata

§ 41–42 (8–21) *Plat. Phaedr. 278 e–279 a*

§ 40 (2–3 Th. autem ... rotundus, primus ... verbis) *Non. p. 60, 8–13* (RVTVNDVM) || *§ 41* (16–17 divino ... concupiscat) *Prisc. gramm. II 427, 22–23 et 434, 24–25* || *§ 42* (25–*p. 14,* 1 sed quod ... colorat) *Serv. in Aen. 1, 176 (satis confuse)*

Codices: **L**

1 quedam **U** | uinxisse **FKRW G g** iunxisse **POB^{1}HNJEQV Bud.** uincisse *post. manus in* **B** *ut v.* *dubito de* **UST** || 2 Theodorus *Ern. (cf. Philippson 1936, 1338)* Theodectes *Non.* thucydides **L** | rutundus *Non.* || 6 socrates **F^{1}K^1** || 7 testimonio *def. Kroll in comm.; ad* ⟨prae⟩ testimonio, *quod 1884 in app. coniecerat, confert Heerdegen 1925, 14 locos in Thes. l. L. IV 643, 35–42 allatos* || 8 socrates **SRQ** isocrates **L** (*de* **F** *v. praef. p. XIX*) isocretes **U** *de* **K** *n. l.* || 9 adol- **HJE Bud.** || 10 lubet **LO^n** (*ut v.*) libet **PN** *om.* **Bud.** || 14 aut] ut **U** || 15 nunquam **PHWJT** nunc **Bud.** || 16 animo *aliqui codd. Prisc. 427* || 17 maiore **PHWJT Bud.** | concupiscam *Prisc. 434* | philosophia *Tulichus* philosophi(a)e **L** || 19 adol- **HE Bud.** | auguratur **LK^2** auguratus est **K^1** auguratus **POHWJT Bud. M** || 21 isocratem **O^2** (al.) **HSRQV^{2}T Bud.** isocraten **F^{2}P^2** socraten **F^{1}P^{1}U** socratem **O^{1}BNKJEV^1** | cum^2 *om.* **BK^{1}EQV^2 Bud.** || 23 affluens **Bg** (*cf. Yon p. 127*) effluens **L** fluens *Orelli* | epidictico **L** *ἐπιδεικτικῶ* **R** epedico **Bud.** || 24 proprium **LS^2** (al.) proprie **NS^{1}EQ** | aptius *om.* **U**

huius nutrimentis eloquentia est – ipsa se postea colorat et roborat – non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. verum haec ludorum atque pompae; nos autem iam in aciem dimicationemque veniamus.

14
43 Quoniam tria videnda sunt oratori, quid dicat et quo quidque loco et quo modo, dicendum omnino est quid sit optimum in singulis, sed aliquanto secus atque in tradenda arte dici solet. nulla praecepta ponemus – neque enim id suscepimus – sed excellentis eloquentiae speciem et formam adumbrabimus; nec quibus rebus ea paretur exponemus, sed qualis
44 nobis esse videatur. ac duo breviter prima: sunt enim non tam insignia ad maximam laudem quam necessaria et tamen cum multis paene communia.

Nam et invenire et iudicare quid dicas magna illa quidem sunt et tanquam animi instar in corpore, sed propria magis prudentiae quam eloquentiae; qua tamen in causa est vacua prudentia? noverit igitur hic quidem orator quem summum esse volumus argumentorum et rationum
45 locos. nam [quoniam] quicquid est quod in controversia aut in contentione versetur, in eo aut sitne aut quid sit aut quale sit quaeritur: sitne, signis; quid sit, definitionibus; quale sit, recti pravique partibus. quibus ut uti possit orator, non ille vulgaris sed hic excellens, a propriis personis et temporibus semper, si potest, avocat controversiam. latius enim de genere quam de parte disceptare licet, ut quod in universo sit probatum
46 id in parte sit probari necesse. haec igitur quaestio a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta appellatur *θέσις*. in

§ 42 (**2**) non alienum fuit ... dicere] *§§ 37–42* || *§ 44* (**9**) ac duo breviter prima] *§§ 44–50*

§ 44 (**12** iudicare) *cf. Quint. 3, 3, 5–6* | (**12–14** Nam ... eloquentiae) *vix hunc ipsum locum, sed rationem Tullianam generaliter resp. Quint. 8 praef. 14* || *§ 45* (**16–17** quicquid ... quaeritur) *Quint. 3, 6, 44* | (**18–22** quibus ... necesse) *libere citat Quint. 3, 5, 15 (Cicero)* praecipit, ut a ... avocemus controversiam ...

Codices: **L**

1 huius] huiusmodi **BNKQ** | est, *quod bene se habere puto, exp. Poggius in π, om. Serv.* et **NQ** *Friedrich retinet* est *Heerdegen 1922, 7 vocabulo* quae *ante* educata *addito* || **2** haec **PBRQT**^{2} (al.) hec **O**^{1}**U**^{1} (*ut v.*) **SKEV** hae **F** he **O**^{2}**U**^{2} hoc **HWT**^{1} **Bud.** *comp. in* **J** *de* **N** *n. l.* || **3** autem *del. Stangl* | iam *om.* **POHK**^{1}**WJT Bud. M** || **4** quicque **H Bud.** || **6** secus **LO**^{v}**K**^{2} (al.) secius **O**^{1} *ut v.* serius **K**^{1} || **10** tamen *post Sorof (ap. Rs.) del. multi edd.* eadem *Halm* ⟨ea⟩ tamen *vel* ⟨eadem⟩ tamen *Heerdegen 1925, 16* || **13** propria **LP**^{2} propriae **P**^{1}**T** proprie **HWJ** || **14** *verba* qua ... prudentia *postquam suspicatus est Lambinus, varie temptata sunt, sed bene def. ea Sa. in comm. et Bickel 1932, 962–964; cf. Brut. 93* prudentia nunquam deficit oratorem || **16** quoniam **L** *om.* **E** *Minuc. Tulichus, del. multi edd., def. Stangl p. 68 ('ἀνακολουθίας nomine')* | quidquid **US** quitquid **J** *ut v.* || **19** ut *om.* **POJ** || **20** aduocat **SV**^{2} uocat **Bud.**^{1} *non est utique certum Quintilianum* avocet *legisse* || **20–23** semper ... temporibus *om.* **NQ** || **21** de parte disceptare] dicere ... de specie *Quint.* || **23** orationem] rationem **Q** *Nizzoli 1535 et Purgold 1802, 349*

hac Aristoteles adulescentis non ad philosophorum morem tenuiter disse-
rendi sed ad copiam rhetorum, in utranque partem ut ornatius et uberius
dici posset, exercuit; idemque locos (sic enim appellat) quasi argumento-
rum notas tradidit, unde omnis in utranque partem traheretur oratio. fa- 15 47
ciet igitur hic noster – non enim declamatorem aliquem de ludo aut rabu-
lam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus – ut, quon-
iam loci certi traduntur, percurrat omnes, utatur aptis, generatim dicat;
ex quo emanant etiam qui communes appellantur loci. nec vero utetur im-
prudenter hac copia, sed omnia expendet et seliget. non enim semper nec
in omnibus causis ex isdem argumentorum momenta sunt. iudicium igitur 48
adhibebit nec inveniet solum quid dicat sed etiam expendet. nihil enim
est feracius ingeniis, iis praesertim quae disciplinis exculta sunt. sed ut
segetes fecundae et uberes non solum fruges verum herbas etiam effun-
dunt inimicissimas frugibus, sic interdum ex illis locis aut levia quaedam
aut causis aliena aut non utilia gignuntur. quorum ab oratoris iudicio 49
delectus magnus adhibebitur; quonam ⟨alio⟩ modo ille in bonis hae-
rebit et habitabit suis ⟨a⟩ut molliet dura aut occultabit quae dilui
non poterunt atque omnino opprimet, si licebit, aut abducet animos
aut aliud afferet quod oppositum probabilius sit quam illud quod ob-
stabit?

Iam vero ea quae invenerit qua diligentia collocabit! quoniam id se- 50
cundum erat de tribus, vestibula nimirum honesta aditusque ad causam

§ 47 (5–6 non enim . . . quaerimus) *Non. p. 60, 13–17* (RABVLA) || *§ 50* (22–*p. 16,* 1 vestibula . . . faciet) *Non. p. 53, (3–)11 sq.* (VESTIBVLA)

Codices: **L**

1 adulescentis **L** adolescentis **HE** adulescentes **Q** adolescentes **K Bud.** adulescens **R** || 2 utramque **P Bud.** || 3 posset *Lamb.* possit **L** (*def. Orelli*) || 3–4 idemque . . . tradidit *om.* **NQ** || 4 utramque **P Bud.** | faciet *Gulielmius* facile **L** || 7 loci certi *trp.* **O** | omnis **FBSREQV** *de* **N** *n. l.* || 8 emanant **E** *multique edd.* emanent **L** emanet **T** | communes **BHRWJEQT Bud.** communis **F**$\mathbf{O}^{a}$**UNSV** quominus **P** *de* **K** *n. l.* || 9 seliget **Bud.** seleget **POBHNSRWQVT** se leget **F** (*ut v.*) **UK** (*ut v.*) **E** seteget **J** || 10 isdem **F** hisdem **L** iisdem **URV Bud.** hiisdem **K** | ex isdem *def. Stroux 1913, 262 sq. et Yon p. 127* eadem *pro* ex isdem *Pid.* *post* ex isdem *lac. stat. multi, praeeunte Madvigio 1884, 97: add.* ⟨locis eadem⟩ *Madvig, Sa.*, ⟨locis sumenda⟩ *Kroll p. 204* (sumenda *post* momenta *iam Stangl in app.*), ⟨sedibus⟩ *Ammon 1914, 460 cl. Cic. Top. 8* || 12 iis **BRQ**π hiis **KE** his **L** hec **Bud.** || 13 herbas etiam *trp.* $\mathbf{P}^{1}$**OBHN**$\mathbf{S}^{1}$**KWJT Bud.** || 15 oratoris] oratoribus **U** actoris **POHWJT Bud. M** *Stangl cl. § 209 et De or. 3, 114* || 16 dilectus **F** (*ut v.*) **H**$\mathbf{K}^{1}$ | *add. We.* ⟨nisi⟩ *post* quorum *v.* 15 *add. Stangl 1882, 258, post* magnus *Mommsen (ap. Jahn), uterque commate post* adhibebitur *posito* || 17 *ante* suis *add.* in β | aut^{1} **BQ**$\beta\lambda$ ut **L**$\mathbf{K}^{2}$ non ut $\mathbf{K}^{1}$ et **Bud.** *om.* **E** *de* **N** *n. l.* || 18 potuerunt **BQ** (*de* **N** *n. l.*) || 19 aliud] illud **NEQ** | adferet **U** || 21 diligentia] licentia **NQ** | conlocabit **FU** collocabitur **WT Bud.** || 22 causam **L**$\mathbf{S}^{2}\mathbf{K}^{2}\mathbf{R}^{2}$ *Non.* caisam $\mathbf{S}^{1}$ casam $\mathbf{R}^{1}$ causas **O**$\mathbf{K}^{1}$**J**

faciet illustres; cumque animos prima aggressione occupaverit, infirmabit excludetque contraria; de firmissimis alia prima ponet alia postrema inculcabitque leviora.

16 51 Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset summatim breviterque descripsimus. sed, ut ante dictum est, in his partibus, etsi graves atque magnae sunt, minus et artis est et laboris. cum autem et quid et quo loco dicat invenerit, illud est longe maximum, videre quonam modo. scitum est enim quod Carneades noster dicere solebat, Clitomachum ea⟨dem⟩ dicere, Charmadam autem eodem etiam modo dicere. quodsi in philosophia tantum interest quem ad modum dicas, ubi res spectatur, non verba penduntur, quid tandem in causis existimandum est, quibus 52 totis moderatur oratio? quod quidem ego, Brute, ex tuis litteris sentiebam, non te id ⟨sci⟩scitari, qualem ego in inveniendo et in collocando summum esse oratorem vellem, sed id mihi quaerere videbare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem: rem difficilem, dii immortales, atque omnium difficillimam. nam cum est oratio mollis et tenera et ita flexibilis ut sequatur quocunque torqueas, tum et naturae variae et 53 voluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. flumen aliis verborum volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam; distincta alios et interpuncta intervalla, morae respirationesque delectant: quid potest esse tam diversum? tamen est in utroque aliquid excellens. elaborant alii ⟨in⟩ lenitate et aequabilitate et puro quodam et quasi candido genere dicendi; ecce aliqui duritatem et severitatem quandam verbis et orationis quasi maestitiam sequuntur; quodque paulo ante divisimus, ut alii graves alii tenues alii temperati vellent videri, quot orationum genera esse diximus totidem oratorum reperiuntur.

§ 50 (**5**) descripsimus] *§§ 44–50* || *§ 53* (**24.25**) paulo ante] *§§ 20–21*
§ 50 (**2–3** de ... leviora) *comparat Winterbottom ad Quint. 7, 1, 10*

Codices: **L**

1 faciet] faciem *codd. Non.* | inlustres **U** *de* **N** *n. l.* | adgressione **U** | *tradita def. Philippson 1936, 1339 et Seel; post* occupaverit *lac. stat. Sauppe 1857, 5, qui haec fere addenda esse censuit:* ⟨et perspicue breviterque narraverit, sua confirmabit⟩. ⟨sua confirmabit⟩ *Pid., Castiglioni 1935, 352 cl. § 122* || **2** excludetque (*def. Seel*)] excludet quae **UJ** eludetque *Bake 1856, 49* (*quod prob. Stangl, Kroll*) eluetque *Ammon 1914, 460* || **2–3** *lac. stat. post* contraria *Rs. cl. De or. 2, 314, post* leviora *Sauppe l. c., aliquid de peroratione excidisse ratus (cl. § 122)* || **5** ante *om.* **BNQ** || **8** Carneades] Antiochus *Bake 1856, 49* || **9** eadem **πβ** ea **L** | Charmadam ... dicere *om.* **NEQ** | charmadam **FST** carmadam **O** carniadam **PWV** charneadam **U** carneadam **HJ** carneadem **BKR Bud.** *deficiunt* **NEQ** || **13** sciscitari **S**^{2} (al.) **πβf** sicitari **B** scitari **LS**^{1} | in^{1} **URQVπ** *om.* **L** || **17** quocumque **P** -cūque **OUHSJQT** || **22** *add. edd. post Lambinum (cf. e. g. § 98)* | lenitate **LK**^{2} levitate **UK**^{1}**E Bud.** || **22. 23** quodam et quasi **BQ** et quasi quodam **E** et quasi quodam et **P** quasi quodam et **L** || **23** aliqui] alii **B** | seueritatem **L** (*De or. 3, 174* orationis severitas) senectutem **J** (*cf. Brut. 8 et 265*) || **24** *ante* uerbis *add.* in **πf** | secuntur **BJE** || **26** quot] quod **F**^{1}**U**^{1}**S Bud.**[1]

Et quoniam coepi iam cumulatius hoc munus augere quam a te postu- 17 54
latum est – tibi enim tantum de orationis genere quaerenti respondi
etiam breviter de inveniendo et collocando – ne nunc quidem solum de
orationis modo dicam sed etiam de actionis. ita praetermissa pars nulla
erit, quandoquidem de memoria nihil est hoc loco dicendum, quae communis est multarum artium.

Quo modo autem dicatur, id est in duobus, in agendo et in eloquendo. 55
est enim actio quasi corporis quaedam eloquentia, cum constet e voce
atque motu. vocis mutationes totidem sunt quot animorum, qui maxime
voce commoventur. itaque ille perfectus, quem iam dudum nostra indicat
oratio, utcunque se affectum videri et animum audientis moveri volet,
ita certum vocis admovebit sonum. de quo plura dicerem, si hoc praecipiendi tempus esset aut si tu hoc quaereres; dicerem etiam de gestu, cum
quo iunctus est vultus. quibus omnibus dici vix potest quantum intersit
quem ad modum utatur orator. nam et infantes actionis dignitate elo- 56
quentiae saepe fructum tulerunt et diserti deformitate agendi multi
infantes putati sunt, ut iam non sine causa Demosthenes tribuerit et
primas et secundas et tertias actioni. si enim eloquentia nulla sine hac,
haec autem sine eloquentia tanta est, certe plurimum in dicendo potest.
volet igitur ille, qui eloquentiae principatum petet, et contenta voce
atrociter dicere et summissa leniter et inclinata videri gravis et inflexa
miserabilis. mira est enim quaedam natura vocis, cuius quidem e tribus 57
omnino sonis, inflexo acuto gravi, tanta sit et tam suavis varietas per-
fecta in cantibus. est autem etiam in dicendo quidam cantus obscurior, 18
non hic e Phrygia et Caria rhetorum epilogus, paene canticum, sed ille
quem significat Demosthenes et Aeschines, cum alter alteri obicit vocis

§ 54 (2) respondi] *§§ 44–49 et § 50* || *§ 57* (26–*p. 18,* 1) *Demosth. de cor. 259; 291. Aeschin. in Ctes. 209; 210*

totam § 54 resp. Quint. 3, 3, 7 idem (*sc. Cicero*) in Oratore quinque rebus constare eloquentiam dicit || *§ 55* (8–9 est ... motu) *Quint. 11, 3, 1 (partim libere)* | (9–10 vocis ... commoventur) *Quint. 11, 3, 62 (libere)* || *§ 56* (15–16 nam et ... tulerunt) *Non. p. 55, 26–56, 1* (INFANS)*; vix huc pertinent ea quae refert Iul. Vict. rhet. 24 p. 441 in.* || *§ 57* (24 cantus obscurior) *Quint. 11, 3, 60* | (25 non hic ... canticum) *Quint. 11, 3, 58 (libere) et Iul. Vict. rhet. 24 p. 443, 15 sq. (libere)* | (26–*p. 18,* 1 cum alter ... inflexiones) *Non. p. 207, 8–11* (FLEXVS)*; cf. Iul. Vict. rhet. 24 p. 443, 13–15*

Codices: **L**

3 conlocando **F** || 8 cum] quae *Ern.* || 8–9 e voce atque motu] uoce atque motu **BNQ** ex uoce atque motu **J** et uoce et motu **E** || 11 utcumque **F Bud.** utcũque **OUWJQV** utquocũque **H** utrumque **P**[1] utrinque **P**[2] | adfectum **U** | animum] animi **OQ** || 12 admovebit] adhibebit *Heerdegen 1922, 7 sq. sine nec.: subaudiendum* audienti (*agit orator ut medicus*) || 13 tu *om.* **B** | quaereres] queris **BNQ** quaeres **T** || 15 dign. eloq. *om. Non.* || 18 si] sic **B** || 21 submissa **J** sumisse **S** similia **NQ** || 23 omnino sonis *trp.* **P**[1]**HWJT Bud.** || 25 Phrygia] Lycia *Quint.* | epilogos **U** *om.* **R** || 26 obiicit **OB**(**V**)

flexiones; ⟨***⟩ dicit plura etiam Demosthenes illumque saepe ⟨prae⟩di-
58 cat voce dulci et clara fuisse. in quo illud etiam notandum mihi videtur
ad studium persequendae suavitatis in vocibus: ipsa enim natura, quasi
modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem
nec una plus nec a postrema syllaba citra tertiam; quo magis naturam
59 ducem ad aurium voluptatem sequatur industria. ac vocis bonitas quidem
optanda est; non est enim in nobis, sed tractatio atque usus in nobis.
ergo ille princeps variabit et mutabit: omnis sonorum tum intendens tum
remittens persequetur gradus.

Idemque motu sic utetur, nihil ut supersit in gestu. status erectus et
celsus; rarus incessus nec ita longus; excursio moderata eaque rara; nulla
mollitia cervicum, nullae argutiae digitorum, non ad numerum articulus
cadens; trunco magis toto se ipse moderans et virili laterum flexione,
brachii proiectione in contentionibus, contractione in remissis.

60 Vultus vero, qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert
tum dignitatem tum venustatem! in quo cum effeceris ne quid ineptum
aut voltuosum sit, tum oculorum est quaedam magna moderatio. nam
ut imago est animi voltus, sic indices oculi; quorum et hilaritatis et vi-
cissim tristitiae modum res ipsae de quibus agetur temperabunt.

19 61 Sed iam illius perfecti oratoris et summae eloquentiae species expri-
menda est. quem hoc uno excellere, id est oratione, cetera in eo latere in-
dicat nomen ipsum. non enim inventor aut compositor aut actor haec
complexus est omnia, sed et Graece ab eloquendo *ῥήτωρ* et Latine elo-

§ 57 (1–2) *Demosth. de cor. 280; 287; 308; 313. de falsa legat. 126; 199; 336–337*
§ 59 (11 rarus ... longus) *Quint. 11, 3, 126* | (12 nullae ... digitorum) *respicere vid. Quint. 9, 4, 55* | (12–13 nullae ... flexione) *Quint. 11, 3, 122* | (13 ipse se ... flexione) *Non. p. 207, 11–12* (FLEXVS) || *§ 60* (16*sq.* cum ... voltuosum sit) *Non. p. 188, 17–18* (VVLTVOSVM)
Codices: **L**

1 flexiones **L** inflexiones *Non.* inflexionem *Iul. Vict.* | *lac. ante* dicit *stat. Glucker 1974, 176 (q. v.)* | dicit ... fuisse (*v.* 2) *del. H. Meyer probante Yon p. 128* | plura] plorare *Madvig 1884, 97 sq. cl. Dem. de cor. 287* | praedicat *Stroux 1913, 263 (quod prob. Malcovati 1934, 16 et Castiglioni 1935, 353 et Philippson 1936, 1339)* dicat **L** dicit *ϱ* || 3 pers.] consequendae **U** | ipsa *etiam* **U** || 4 moduletur **U** || 5 nec a] ne a **J** nec ea **P**^{1}**OHK**^{1}**WT Bud.** || 6 bonitas quidem *trp.* **E** (*ut Ern.*) || 10 *distinxi codices secutus* (supersit. in gestu status ... *plerique edd.*) || 13 se ipse (**L** *Quint.*) *trp. Non.* se saepe **B** si ipse **J** | et] ex *Non.* || 14 bracchii **WT** brachi **R** || 15 adfert **U** || 16 effecerit *Heerdegen 1922, 8 constantiae causa* || 17 aut u. sit **L** sit aut u. *Non.* aut *om.* **BNQ** | uoltuosum **LP**^{2}**T**^{1} uultuosum *Non.* uolutuosum **B** uoluptuosum **P**^{1}**UWJEVT**^{2} (al.) **Bud.** | oc. est *trp.* **HT Bud.** || 18 uoltus **FO**^{a}**URWT** uultus **L** *de* **N** *n. l.* | indices] iudices **OK Bud.** || 20 perfecte orationis **H Bud.** (orationis *etiam* **P**^{1}) || 21 id est oratione *del. Schuetz et Bake 1856, 51 et Sa. et Stangl, def. Yon p. 129* || 22–23 *bene quidem se habere vid. haec verba, sed si quid addendum est, melius quam* ⟨qui⟩ (*post* actor *add. Madvig 1873, 189 probantibus Stangl et Heerdegen 1925, 14; post* sed *add. Hdg.*) *puto additamentum esse* ⟨quanquam⟩ *ante* haec

quens dictus est. ceterarum enim rerum, quae sunt in oratore, partem aliquam sibi quisque vindicat, dicendi autem, id est eloquendi, maxima vis soli huic conceditur.

Quanquam enim et philosophi quidam ornate locuti sunt – si quidem 62
et Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit et Aristoteles Isocratem ipsum lacessivit et Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt et longe omnium quicunque scripserunt aut locuti sunt extitit et gravitate ⟨et suavitate⟩ princeps Plato – tamen horum oratio neque nervos
neque aculeos oratorios ac forenses habet. loquuntur cum doctis, quorum 63
sedare animos malunt quam incitare, si de rebus placatis ac minime turbulentis docendi causa non capiendi loquuntur, ut in eo ipso quod delectationem aliquam dicendo aucupentur plus nonnullis quam necesse sit facere videantur. ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam de
qua nunc agitur secernere. mollis est enim oratio philosophorum et um- 64
bratilis nec sententiis nec verbis instructa populari⟨bu⟩s nec vincta numeris sed soluta liberius; nihil iratum habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil mi⟨se⟩rabile, nihil astutum; casta verecunda, virgo incorrupta quodam modo. itaque sermo potius quam oratio dicitur; quanquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio dignata
nomine est. sophistarum, de quibus supra dixi, magis distinguenda simi- 65
litudo videtur, qui omnes eosdem volunt flores quos adhibet orator in causis persequi. sed hoc differunt quod, cum sit iis propositum non perturbare animos sed placare potius, nec tam persuadere quam delectare, et

§ 65 (**20**) supra] *§§ 37–39*

§ 62 (**5–6** et Arist. ... ferunt) *Non. p. 133, 31 – 134, 1* (LACESSERE) | (**6** X. ... locutas) *Quint. 10, 1, 33* || *§ 64* (**17** casta ... incorrupta) *Non. p. 459, 28–30* ('sub VIRGINIS vocabulo') | **18–19** (quanquam ... est) *Non. p. 281, 1–9* (DIGNATVS, *quod bene notandum*)

Codices: **L**

2 uendicat **BHN**^{2}**RQ Bud.** || **3** soli huic *trp.* **KV Bud.** || **4** quamquam **Bud.** | enim *om.* **B** | quidam *πε* quidem **L** || **5** *ante* diuinitate *add.* a *λ* | socr- **K**^{1}**WT**^{1} *codd. Non.* | -en **FWV** || **6** ipsum *om. Non.* | voce] ore *Quint.* || **7** et longe ... locuti sunt *om.* **O**^{1}, *add.* **O**^{v} | quicumque **PV Bud.** || **8** et suauitate **R** *ut coni. Sauppe 1857, 4 sq.* *om.* **LK**^{1} *in mg. add.* **K**^{2} (*ut iam quidam 'deteriores' ab Hdg. inspecti* [*post* extitit]) || **9** oratoris **NQT** | forensis **J** *ut v.* | ⟨nam et⟩ loquuntur *Glucker 1968, 904 sq.* | locuntur **FP**^{1}**UBS** || **10** si de **K**^{2}**R** (*ut v.*), *quod proposuerat (post Peter – Weller) Stroux 1913, 263 sq., prob. Rs. et Philippson 1936, 1339* fide **LK**^{1} sic de *π***f** et de *Hdg. (fort. recte), quod prob. Kroll et Glucker l. c.* || **11** locuntur **FP**^{1}**UBS** || **14** est enim *trp.* **B** || **15** popularibus **Bud.** *πβ***f** popularis **L** | uincta *πε* iuncta **L** (*cf. § 40 et Yon p. 126 ex.*) || **17** misera- *ex corr. in ε facta* (*ε*^{2}) mira- **L** (*quod prob. Goeller et D'Arbela*) || **18** quamquam **P**^{1} || **19** omnis ... est] omnis est oratio locutio **BQ** | oratoris *ϱ* orationis **L** (*etiam* **U**) *om.* **K** | dignata *e Nonii testimonio praetulerunt Stegmann (ap. Rs.) et Philippson 1936, 1338 (cf. etiam De or. 3, 25)* signata **L** || **20** sophistarum ⟨autem⟩ *Glucker 1968, 905 sq.* || **22** iis **PURWJT Bud.** is **K** hijs **H** his **FOBSEQV** *de* **N** *n. l.*

apertius id faciunt quam nos et crebrius, concinnas magis sententias
exquirunt quam probabiles, a re saepe discedunt, intexunt fabulas,
verba apertius transferunt eaque ita disponunt ut pictores varietatem co-
20 lorum, paria paribus referunt, adversa contrariis, saepissimeque similiter
66 extrema definiunt. huic generi historia finitima est, in qua et narratur
ornate et regio saepe aut pugna describitur; interponuntur etiam con-
tiones et hortationes. sed in his tracta quaedam et fluens expetitur, non
haec contorta et acris oratio. ab his non multo secus quam a poetis haec
eloquentia quam quaerimus sevocanda est. nam etiam poetae quaestionem
attulerunt, quidnam esset illud quo ipsi differrent ab oratoribus; numero
maxime videbantur antea et versu, nunc apud oratores ⟨et⟩iam ipsos nu-
67 merus increbruit. quicquid est enim quod sub aurium mensuram aliquam
cadit, etiamsi abest a versu — nam id quidem orationis est vitium — nu-
merus vocatur, qui Graece ῥυθμὸς dicitur. itaque video visum esse non-
nullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod
incitat⟨i⟩us feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius
poema putandam quam comicorum poetarum; apud quos, nisi quod ver-
siculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. nec tamen id est
poetae maximum, etsi est eo laudabilior quod virtutes oratoris persequi-
68 tur, cum versu sit astrictior. ego autem, etiamsi quorundam grandis et
ornata vox est poetarum, tamen in ea cum licentiam statuo maiorem
esse quam in nobis faciendorum iungendorumque verborum, tum etiam
†nonnullorum voluntati† vocibus magis quam rebus inserviunt. nec
vero, si quid est unum inter eos simile — id autem est iudicium electio-

§§ 66–67 (9–18 nam etiam . . . sermonis) *Rufin. gramm. VI 573, 8–17* || *§ 67* (13–14 numerus . . . dicitur) *Quint. 9, 4, 54 (libere)*

Codices: **L**

2 quam] quomodo quam **U** || 3 apertius] audacius *Schuetz cl. § 202* altius *Beier (ap. Jahn) cl. § 82, Orelli* || 4 similiter *om.* **BNQ** || 10 attulerant **BNEQ** | quo **L** *Rufin.* quod **POUHJT Bud.** | ipsi *om.* **U** || 11 maxume **R** | uidebantur antea *trp.* **O** | etiam *Rufini cod. A, Stangl 1883, 334* iam **L** *Rufini codd. Bς* | ipsos *We.* ipse **L** *Rufin.* || 12 increbuit **KRE Bud.** *ε***G** concrebruit *Rufin.* | quidquid **UH Bud.** quitquid **J** *ut v.* quid **Q** || 13 quidem] quod **PU** | oratoris **BNEQ** | uitium *ante* orationis *colloc. Rufin.* || 14 rythmos **POW** ῥιθμος **V** rithmos **FUSQ** rythimos **BH** rythymos **Bud.** rithymos **N** rithimos **E** ritimos **K**¹ rythinos **T** rythonos **J** ἀριθμός **R** arithmos **K**² || 16 incitatius **F**²**U***f* *Rufin.* incitatus **LF**¹ incitatis **B** || 17 putandam *Reid (v. Sa. comm. p. 75)* putandum **L** putandum est **Bud.** uṭendụm putandum **U** || 18 cottidiani **P**¹**UHT** || 21 in ea] *malim* in eis, *nam et opponitur* in nobis *et* inserviunt (*v.* 23) *poetae* || 22 quam in nobis *del. Castiglioni 1935, 352* || 23 *locus nondum sanatus nec mea sententia ita emendandus ut* voluntate (*cum λ*) *scribatur (sic Sauppe 1857, 11 sq.)* uoluptati *ϱ* | nonnullorum voluntati] auditorum voluptati *Lamb. 1584 in mg.* nonnulli aurium voluptati *Schuetz (1815 ut v.) (cf. Kroll p. 204)* nonnulli eorum voluptati *Madvig 1873, 189* nonnulli eorum voluptati ⟨et⟩ *D'Arbela satis probabiliter* | inseruiunt *ϱ* inseruiant **L** || 24 indicium **FS**² (al.)

que verborum – propterea ceterarum rerum dissimilitudo intelligi non
potest. sed id nec dubium est et, si quid habet quaestionis, hoc tamen
ipsum ad id quod propositum est non est necessarium. seiunctus igitur
orator a philosophorum eloquentia, a sophistarum, ab historicorum, a
poetarum, explicandus est nobis qualis futurus sit.

Erit igitur eloquens – hunc enim auctore Antonio quaerimus – is qui 21 69
in foro causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat. pro-
bare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriae; nam id unum
ex omnibus ad optinendas causas potest plurimum. sed quot officia ora-
toris tot sunt genera dicendi: subtile in probando, modicum in delectando,
vehemens in flectendo; in quo uno vis omnis oratoris est. magni igitur 70
iudicii, summae etiam facultatis esse debebit moderator ille et quasi
temperator huius tripartitae varietatis. nam et iudicabit quid cuique opus
sit et poterit quocunque modo postulabit causa dicere.

Sed est eloquentiae sicut reliquarum rerum fundamentum sapientia. ut
enim in vita sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre:
πρέπον appellant hoc Graeci, nos dicamus sane decorum. de quo praeclare
et multa praecipiuntur et res est cognitione dignissima. huius ignoratione
non modo in vita, sed saepissime et in poematis et in oratione peccatur.
est autem quid deceat oratori videndum non in sententiis solum sed etiam 71
in verbis. non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctori-
tas, non omnis aetas nec vero locus aut tempus aut auditor omnis eodem
aut verborum genere tractandus est aut sententiarum, semperque in omni
parte orationis ut vitae quid deceat est considerandum; quod et in re de

§ 69 (6) auctore Antonio] *§ 18* || *§ 71* (21–23) *cf. § 123*

§§ 69–71 (9– *p. 22,* 2 quot officia ... qui audiunt) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 439, 3–19* || *§ 70* (15 sed est ... sapientia) *respicere vid. Quint. 12, 2, 6* | (19 poematis) *Charis. gramm. I 141, 32 (= p. 179, 16–18 Barwick)* itaque Cicero ... in Oratore 'poematis' dixit || *ad § 71 respicere vid. Quint. 11, 1, 4 cum loco De or. 3, 210 allato pergit:* nec fere pluribus in Oratore eadem

Codices: **L**; 21 – *p. 22,* 2 non^1 ... qui audiunt *habet* **flor. Bern.** *f. 159*^{r}

1 intellegi **FU** || 4 a^3] ab **R** et **U** || 6 quaerimus **LO**^{v} queremus **O**^{1} || 9 obtinendas **POEV Bud.**^{2} | quot **LS**^{2} (al.) *Iul. Vict.* quod **F**^{1}**S**^{1} quod quot **N**^{1} quot quot **N**^{2}**Q** quot sunt **V** | oratoris **EVQ**^{1} *Iul. Vict.* orationis **LQ**^{2} || 10 sunt *om.* **J** *Iul. Vict.* | *ante* subtile *add.* ut sit *Iul. Vict.* || 12 debet *Iul. Vict.* || 13 tripartitae **L** tripertitae **F** *Iul. Vict.* *comp. habent* **UKJE** | quid cuique] quodcunque *Iul. Vict.* || 14 quocumque **P** | postulabit causa *trp.* **BQ** *Iul. Vict.* || 17 dicimus **BSEQ** *Iul. Vict.* | praeclare] clare *Iul. Vict.* || 17–18 *de verbis* pr. et multa *nonnullis suspectis cf. Hdg. p. XXXII* (multa et praeclare *Goeller*, et multa praeclare *Stangl in app.*) || 18 cogn.] cogitatione *Iul. Vict.* || 19 in^2 *om. Iul. Vict.* | poematis **LP**^{1}**N**^{1}**S**^{1} *Iul. Vict. Charis.* poemate **P**^{2} (al.) **N**^{2}**Q** poematibus **E** poetis **S**^{2} || 21 enim *om.* **flor. Bern.** *Iul. Vict.* || 22 aut^1] nec **flor. Bern.**^{1} || 23 -que *om.* **flor. Bern.** || 24 ut uitae **LO**^{v} **flor. Bern.** *Iul. Vict.* aut uitae **V** ut uitet **PO**^{1}**HK** ut uita **Q** | est cons. *trp.* **flor. Bern.**

qua agitur positum est et in personis et eorum qui dicunt et eorum qui
72 audiunt. itaque hunc locum longe et late patentem philosophi solent in
officiis tractare – non cum de recto ipso disputant, nam id quidem unum
est –, grammatici in poetis, eloquentes in omni et genere et parte causa-
rum. quam enim indecorum est, de stillicidiis cum apud unum iudicem
dicas, amplissimis verbis et locis uti communibus, de maiestate populi
22 Romani summisse et subtiliter! hi[c] genere toto, at persona alii peccant
aut sua aut iudicum aut etiam adversariorum nec re solum sed saepe ver-
bo. etsi sine re nulla vis verbi est, tamen eadem res saepe aut probatur
73 aut reicitur alio atque alio elata verbo. in omnibusque rebus videndum est
quatenus. etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium
quam parum. in quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat qui non
sentirent quid esset satis.

Magnus est locus hic, Brute, quod te non fugit, et magnum volumen
aliud desiderat; sed ad id quod agitur illud satis. cum hoc decere –
quod semper usurpamus in omnibus dictis et factis, minimis et maximis –
cum hoc, inquam, decere dicamus, illud non decere, et id usquequaque
quantum sit appareat, in alioque ponatur aliudque totum sit, utrum de-
74 cere an oportere dicas – oportere enim perfectionem declarat officii, quo
et semper utendum est et omnibus, decere quasi aptum esse consenta-
neumque tempori et personae, quod cum in factis saepissime tum in dic-
tis valet, in vultu denique et gestu et incessu – contraque item dedecere;
quod si poeta fugit ut maximum vitium, qui peccat etiam cum probam
orationem affingit improbo stultove sapientis; si denique pictor ille vidit,
cum immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, maestior Ulixes, maereret
Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum
illum luctum penicillo non posset imitari; si denique histrio quid deceat
quaerit: quid faciendum oratori putemus? sed cum hoc tantum sit, quid

§ 73 (11–12) magis offendit nimium quam parum] *cf. § 178*

locum §§ 72–73 respicere vid. Quint. 11, 1, 5 || *§ 74* (24–27 si denique ... imitari) *resp. Quint. 2, 13, 12–13*

Codices: **L**

1 et[2] *om.* **N** *Iul. Vict.* | dicunt] dicuntur **B** loquuntur *Iul. Vict.* | et[3]] et in *Iul. Vict.* || 1–2 et[3] ... audiunt *om.* **Q Bud.** || 4 eloquens **HE** || 7 submisse **S** | hi *Hdg.* hic **L** | at] ac **U**[2] (*ut v.*) **B** || 8 saepe] etiam saepe **U** || 9 etsi ⟨enim⟩ *Lamb.* || 10 reiicitur **OUBSREV** | elata] relata **BSEQ** elato **R** || 11 suus cuique *trp.* **O** | tamen] tam **FSRJEV** || 12 apelles **EQ** appelles **L** || 14 est λ *Strebaeus* esset **L** (*etiam* **U**) | locus hic *trp.* **B** locus his **J** || 15 decere] dicere **UN[1]S[1]REQV** docere **KJT** || 16 quod semper *trp.* **B** || 17 decere[1]] dicere **FUV** | dicamus **V** *ut coni. Ern.* dicimus **L** || 18 aliosque **U** | decere] dicere **B** || 21 et] atque *Zander 1914, XI et 107* || 23 probam] probi **f** || 24 adfingit **U** effingit **B** | sapientis **LU**[2] sapientes **U**[1] sapienti **Bud.** sapientem *Hdg.* || 25 *ante* immolanda *add.* in **Qf** (*male, cf. Kornitzer 1914, 126*) | maestior] tristior *Sauppe 1857, 11 e Quint.* || 26 agamēnonis **FE** agamennonis **UR** agamenonis **L** || 27 penicello **PUJ** peniculo **R Bud.** | posse **O** potest **E**

in causis earumque quasi membris faciat orator viderit; illud quidem per-
spicuum est, non modo partes orationis sed etiam causas totas alias alia
forma dicendi esse tractandas. 23
Sequitur ut cuiusque generis nota quaeratur et formula, magnum opus 75
et arduum, ut saepe iam diximus; sed ingredientibus considerandum fuit
quid ageremus, nunc quidem iam quocunque feremur danda nimirum vela
sunt.

Ac primus informandus est ille nobis, quem solum quidam vocant Atti-
cum. summissus est et humilis, consuetudinem imitans, ab indisertis re 76
plus quam opinione differens. itaque eum qui audiunt, quamvis ipsi in-
fantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. nam orationis sub-
tilitas imitabilis illa quidem videtur esse existimanti, sed nihil est expe-
rienti minus. etsi enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen sucum ali-
quem oportet, ut, etiamsi illis maximis viribus careat, sit ut ita dicam in-
tegra valetudine. primum igitur eum tanquam e vinculis numerorum 77
eximamus. sunt enim quidam, ut scis, oratori numeri (de quibus mox age-
mus) observandi ratione quadam, sed alio in genere orationis, in hoc om-
nino relinquendi. solutum quiddam sit nec vagum tamen, ut ingredi li-
bere, non ut licenter videatur errare. verba etiam verbis quasi coagmen-
tare negligat. habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle
quiddam et quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis
quam de verbis laborantis. sed erit videndum de reliquis, cum haec duo 78
ei liberiora fuerint, circuitus conglutinatioque verborum. illa enim ipsa
contracta et minuta non negligenter tractanda sunt, sed quaedam etiam

§ 75 (**4**) Sequitur ut ... quaeratur] *§§ 75–90; §§ 91–96; §§ 97–99* | (**5**) ut saepe iam diximus] *§§ 1–2 et § 33* || *§ 77* (**16**) de quibus mox agemus] *§§ 174–236*

§ 74 (**1** earumque quasi membris): *haec ipsa verba Ciceronis quasi amplificare vid. Quint. 11, 3, 51* || *§ 75* (**4–5** magnum ... arduum) *Aug. doctr. christ. 1, 1, 1 et civ. 1 praef.; cf. Quint. 12, 11, 25* tantum opus arduum || *§§ 76–77* (**9–22** consuetudinem ... laborantis) *in brevius contrahit Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 9–15* || *§ 76* (**10–13** itaque ... minus) *resp. Quint. 11, 1, 92 et 11, 1, 93* | (**13** sucum) *interpretatur Donatus in Terentii Phorm. 2, 1, 40 (= v. 270)* || *§ 77* (**20–22** habet enim ... laborantis) *Quint. 9, 4, 37; eadem initio libere, tum verbatim citat Iul. Vict. rhet. alio loco, i. e. 20 p. 432, 34 – 433, 2*

Codices: **L**

2 partis **BNSREQ** | alias *om.* **PJ** || **4** opus] onus *aliqui codd. Augustiniani priore loco* || **6** quocumque **P** || **9–10** *verba* consuetudinem ... differens *inepte permutavit Iul. Vict.* || **10** eum *om. Iul. Vict.* || **10–11** quamvis ... sint] quamvis sint infantes *Iul. Vict.* || **11** sint] sunt **B** || **16** oratori **LN¹K¹** oratorii **UBHN²K²WT Bud. D** || **20** neglegat **OUWJVT** | enim *om. Quint. Iul. Vict.* | ille ... hiatus] hiatus ille *Iul. Vict.* | concursu **L** *bene def. Yon p. 132* concursus *Iul. Vict.* et concursus *Quint., multi edd.* || **21** *post* ingratam *add.* quandam *Iul. Vict.* | neglegentiam **OW** || **24** neglegenter **FOUWT**

negligentia est diligens. nam ut mulieres esse dicuntur nonnullae inornatae quas id ipsum deceat, sic haec subtilis oratio etiam incompta delectat; fit enim quiddam in utroque, quo sit venustius, sed non ut appareat. tum removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum; ne calamistri
79 quidem adhibebuntur. fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur: elegantia modo et munditia remanebit. sermo purus erit
24 et Latinus, dilucide planeque dicetur, quid deceat circumspicietur. unum aberit, quod quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus: ornatum illud suave et affluens. acutae crebraeque sententiae ponentur et nescio unde ex abdito erutae, idque in hoc oratore dominabitur. verecun-
80 dus erit usus oratoriae quasi supellectilis. supellex est enim quodam modo nostra quae est in ornamentis alia rerum alia verborum. ornatus autem ⟨verborum⟩ duplex, unus simplicium alter collocatorum. simplex probatur – in propriis usitatisque verbis – quod aut optime sonat aut rem maxime explanat; in alienis aut translatum [aut factum] aliunde ut mutuo aut factum ab ipso et novum aut priscum et ⟨in⟩usitatum (sed etiam
81 ⟨in⟩usitata ac prisca sunt in propriis, nisi quod raro utimur). collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat manente sententia; nam sententiarum ornamenta, quae permanent etiam si verba mutaveris, sunt illa quidem permulta, sed quae emineant pauciora. ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax et in transferendis verecundus et parcus et in priscis reliquisque ornamentis et verborum et sententiarum demissior; ⟨ea⟩ translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis uti-

§ 78 (**4–5** removebitur ... adhibebuntur) *Non. p. 546, 12–14* (CALAMISTRVM) | (**4** calamistri) *Charis. gramm. I 80, 11 (= p. 101, 8 Barwick)* || *§ 79* (**9** acutae ... sententiae) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 15 sq.* | (**10–11** verecundus ... supellectilis) *Non. p. 177, 11–12* (SVPERLECTILES *codd.*)

Codices: **L**

1 negle- **OSWT** | nam ut mulieres *etc.*] *tradita def. Philippson 1936, 1339 et optime Castiglioni 1935, 352. post* mulieres *add.* pulchriores *Stroux 1913, 264 sq.*, meliores *Hunt 1971, 1162 sq.* || **2** quas id] quasi id **POUHKWJT** quasi ad **Bud.** | suptilis **U** || **4** ne] nec *codd. Non.* || **6** et] e **V** *om.* **P¹J** || **9** suave] et suave *Rubner ap. Rs.* | adfluens **U** || **10** idque *Moser (ap. Orelli–Baiter) Hdg. cl. De or. 1, 60* atque **L** atque id *Orelli* ac – quod *Friedrich* || **11** oratoriae] oratori et *Non.* | superlectiles *codd. Non.* | est enim *trp.* **B** || **13** *add. β Minuc. Tulichus (de quo addit. neminem dubitare posse ratus est Heerdegen 1925, 14). post* verborum *eandem vocem iteratam excidisse putat Stangl, cui assentitur Stroux 1913, 254 et 265 necnon Glucker 1968, 906. ante* ornatus *lac. stat. Glucker l. c. (q. v.)* | collatorum **R** coloratorum **V** || **15** *del. Madvig 1873, 190 (falsa repetitio in* **L***); pro* aut factum *propos.* et sumptum *Lamb.*, et tractum *Stroux 1913, 265 (quod prob. Rs. et Malcovati 1934, 16 et Philippson 1936, 1339)* | ut mutuo] aut mutuo **E** ut mutuum *Lamb.* et mutuom *Vassis 1912, 386* || **16** et novum *Schuetz (1815 ut v.)* aut nouum **L** ut nouum **S** *Lamb.* || **16. 17** inusit- (*bis*) *ϱ* usit- (*bis*) **L** || **17** ac] et **B Bud.** aut **R** | collata **R** || **24** *add. Hdg. p. XXXII sq.* | tralatione **FS**

tur, non modo urbanorum, sed etiam rusticorum, si quidem est eorum
gemmare vites, lascivire agros, laetas esse segetes, luxuriosa frumenta.
nihil horum parum audacter, sed aut simile est illi unde transferas, aut si 82
res suum nullum habet nomen, docendi causa sumptum non ludendi videtur. hoc ornamento liberius paulo quam ceteris utetur hic summissus
nec tam licenter tamen, quam si genere dicendi uteretur amplissimo.
itaque illud indecorum, quod quale sit ex decoro debet intelligi, hic quo- 25
que apparet, cum verbum aliquod altius transfertur idque in oratione
humili ponitur quod idem in alia deceret. illam autem concinnitatem, 83
quae verborum collocationem illuminat his luminibus, quae Graeci quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant, quod idem verbum ab iis etiam in sententiarum ornamenta transfertur, adhibet quidem hic subtilis, quem nisi quod solum ceteroqui recte quidam vocant Atticum, sed paulo parcius. nam si – ut in epularum apparatu – ⟨a⟩ magnificentia recedens non se parcum solum sed etiam elegantem videri
volet, eliget quibus utatur. sunt enim pleraque apta[e] huius ipsius ora- 84
toris de quo loquor parsimoniae. nam illa de quibus ante dixi huic acuto fugienda sunt: paria paribus relata et similiter conclusa eodemque pacto cadentia et immutatione litterae [quasi] quaesitae venustates, ne elaborata concinnitas et quoddam aucupium delectationis manifesto deprehen-
sum appareat. itemque si quae verborum iterationes contentionem ali- 85
quam et clamorem requirent, erunt ab hac summissione orationis alienae. ceteris promiscue poterit uti, continuationem verborum modo relaxet et dividat utaturque verbis quam usitatissimis, translationibus quam mollissimis. etiam illa sententiarum lumina assumat quae non erunt vehementer

§ 81 (2 gemmare ... frumenta) *Non. p. 339, 28 – 340, 5* (LVXORIA), *partim resp. Quint. 8, 6, 6* || *§ 84* (18–19 paria ... venustates) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 16–17 (libere):* ... et cetera, quae sunt quaesitae venustatis || *§ 85* (24 utaturque ... mollissimis) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 17 sq.*

Codices: **L**

2 lasciuire **P**^{2} (al.) **O**^{2} (al.) **UBHK**^{1}**WT Bud. M** scire **F**^{1}**P**^{1}**O**^{1}**N**^{1}**S**^{1}**JQ** sitire **F**^{2}**N**^{2}**S**^{2} (al.) **K**^{2}**RV** ε **f** *Non.* *om. in spat. 3 fere litt.* **E** 'sitire segetes' *Quint.* | esse segetes] segetis *Non.* | luxoriosa *Non.* || 4 ludendi] laudandi **RV** || 9 deceret **LK**^{2} (al.) diceret **PB**^{1}**HV** decorat **K**^{1} || 10 conloca- **F** | inluminat **FU** | his **L** hiis **K** iis π || 12 iis *edd.* hiis **K** ε his **L** | adhibebit *Bake 1856, 55* || 13 suptilis **U** | ceteroqui *Hdg.* ceteroquin ϱ ceteroque **L** ceterosque **NQ** certoque **B** || 14 si **L** *quod retinet Seel, mea sent. bene distinguens* sic β λ *plerique edd.* | *add.* β λ || 16 pleraque **PHRWJT Bud.** ε plereque **OUSKEV** plerȩque **Q** plaereque **F**^{1}**B** (-ȩque) plaeraeque **F**^{2} *de* **N** *n. l.* | aptae **L** *corr. Lamb.* || 18 relata] reddita *Iul. Vict.* || 19 quasi **L** *om. Iul. Vict., del. Lamb. itemque Bake 1856, 55; e vetusta dittogr. ortum bene expl. Seel. pro* quasi *scr.* quae sunt *et deinde (e Iul. Vict.)* quaesitae venustatis *Rs. (prob. Fletcher 1935, 141 et Kroll 1935, 439 et Philippson 1936, 1338); alii alia temptaverunt* | uenustatis **F**^{1}**B**^{1} *de* **N** *n. l.* | ne] nec **PHWJT Bud.** || 22 submissione **B** || 24 -que *om.* **BNQ** autem *Iul. Vict.* | usitatis *Iul. Vict.* | tralationibus **FS** || 25 assumet *Lamb.* adsumat **UBS** assummant **HEVT**

illustria. non faciet rem publicam loquentem nec ab inferis mortuos exci-
tabit nec acervatim multa frequentans una complexione devinciet. va-
lentiorum haec laterum sunt nec ab hoc quem informamus aut expectanda
86 aut postulanda; erit enim ut voce sic etiam oratione suppressior. sed ple-
raque ex illis convenient etiam huic tenuitati, quamquam isdem ornamen-
tis utetur horridius; talem enim inducimus. accedit actio non tragica nec
scenae, sed modica iactatione corporis, vultu tamen multa conficiens, non
hoc quo dicuntur os ducere, sed illo quo significant ingenue quo sensu
26 87 quidque pronuntient. huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui
in dicendo nimium quantum valent; quorum duo genera sunt, unum
facetiarum alterum dicacitatis. utetur utroque, sed altero in narrando ali-
quid venuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo; cuius genera plura
88 sunt, sed nunc aliud agimus. illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum
oratorem, ut nec nimis frequenti ne scurrile sit, nec subobsceno ne mimi-
cum, nec petulanti ne improbum, nec in calamitatem ne inhumanum, nec
in facinus ne odii locum risus occupet, neque aut sua persona aut iudicum
89 aut tempore alienum. haec enim ad illud indecorum referuntur. vitabit
etiam quaesita nec e tempore ficta sed domo allata, quae plerunque sunt
frigida. parcet et amicitiis et dignitatibus, vitabit insanabiles contume-
lias, tantummodo adversarios figet nec eos tamen semper nec omnis nec
omni modo. quibus exceptis sic utetur sale et facetiis, ut ego ex istis novis
Atticis talem cognoverim neminem, cum id certe sit vel maxime Atticum.
90 hanc ego iudico formam summissi oratoris sed magni tamen et germani

§ 85 (1 – 2 non faciet . . . devinciet) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 18 – 21* | (2 – 3 valentiorum . . . laterum) *resp. Quint. 9, 2, 29* | (4 erit . . . suppressior) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 21* || *§ 87* (9 aspergentur . . . sales) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 21 sq. (libere)* | (9 – 12 sales . . . venuste) *Iul. Vict. rhet. 17 p. 428, 14 – 20 (libere)* | (10 – 12 quorum . . . iaciendo) *resp. Quint. 6, 3, 42* || *§ 88* (13 – 15 ridiculo . . . improbum) *Non. p. 177, 13 – 16* (SCVRRILE) || *§§ 88 – 89* (14 – 21 ut nec . . . omni modo) *Iul. Vict. rhet. 17 p. 428, 30 – 429, 2 (partim libere)*

Codices: **L**

1 inlustria **FU** | non] nec *Iul. Vict.* || 3 exspectanda **U**^{2} expetenda **U**^{1}**R Bud.** || 4 post.] expostulanda **PV** | ut] in **PJ** | etiam] etiam in **J** || 5 isdem **FPNWET** hisdem **SQ** iisdem **OUBRJV Bud.** hijsdem **HK** || 6 accedet *Lamb.* || 7 sce-] scae- **FPBT** scę- **US** | scenae] seuera **Q** senece **N** || 8 dicuntur **P**^{3} (al.) **BRT**^{2} (al.) ducuntur **LP**^{2}**T**^{1} ducimur **P**^{1} || 9 quicque **EV** || 10 quantum] *om.* **RE** q. sit **P**^{1}**UJ** q. sint **B** | unum *om.* **P**^{1} || 11 alterum **LO**^{1} altero **O**^{2} (al.), *sed haec correctio potius ad vocab.* alterum *huius codicis (v. 12) vid. pertinere* || 12 altero **P**^{2}**BHRWEQT Bud. M** alterum **FP**^{1}**O** (*sed volebat emendare corrector, v. supra*) **UNSKJV** | iaciendo] faciendo *Quint. cod. A* | remittendoque *Schuetz* || 14 ne^{1}] nec **POHNKJEQVT** *codd. Non.* nec̣ **W** | scurrilis *Non.* | subosceno **PU**^{1}**W**^{1}**JT** | ne^{2}] nec **P** (-c, *non* -c̣) **NJEQ** *Iul. Vict.* | mimicum **P**^{1} (*fort.*) *Non. Iul. Vict. Tulichus* inimicum **LP**^{2} || 15 ne^{1}] nec **UNJEQ Bud.** *Iul. Vict.* | ne^{2}] nec **NEQ Bud.** *Iul. Vict.* | humanum **F**^{1} || 16 ne] nec **N** *Iul. Vict.* | neque **LP**^{2} neu (*sive* neue?) **P**^{1} || 18 e **FBNSKREQ** *Minuc. Tulichus* et **V** *ut v.* ex ϱ ε *om.* **POUHWJT Bud. M f** | plerumque **P Bud.** || 19 insanabilis **FBNSREQV** || 20 nec omnis *om.* **E** | omnis **LO**^{a} || 22 cum] ut **P**^{1}**J**

Attici, quoniam quicquid est salsum aut salubre in oratione id proprium Atticorum est. e quibus tamen non omnes faceti: Lysias satis et Hyperides, Demades praeter ceteros fertur, Demosthenes minus habetur; quo quidem mihi nihil videtur urbanius, sed non tam dicax fuit quam facetus; est autem illud acrioris ingenii, hoc maioris artis.

Uberius est aliud aliquantoque robustius quam hoc humile de quo dic- 91
tum est, summissius autem quam illud de quo iam dicetur amplissimum. hoc in genere nervorum vel minimum, suavitatis autem est vel plurimum. est enim plenius quam hoc enucleatum, quam autem illud ornatum
copiosumque summissius. huic omnia dicendi ornamenta conveniunt plu- 27 92
rimumque est in hac orationis forma suavitatis. in qua multi floruerunt apud Graecos, sed Phalereus Demetrius meo iudicio praestitit ceteris; cuius oratio cum sedate placideque liquitur tum illustrant eam quasi stellae quaedam tralata verba atque mutata. tralata ea dico, ut saepe iam, quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae causa traferuntur; mutata, in quibus pro verbo proprio subicitur aliud quod idem
significet, sumptum ex re aliqua consequenti. quod quanquam traferundo 93
fit, tamen alio modo transtulit cum dixit Ennius arce et urbe orbam, alio modo [si pro patria arcem dixisset et] horridam Africam terribili tremere

§ 91 (**6, 7**) dictum est] *§§ 76–90* | (**7**) iam] *§§ 97–99* || *§§ 92–93* (**15**–*p. 28,* **1**) *Enn. Andromacha XXVII e p. 84 Jocelyn (qui omnia ab* arcem *v.* **19** *usque ad* Africam *p. 28,* **1** *crucibus includit)* || *§ 93* (**18–19**) *Enn. Androm. IX (v. 77) Klotz = 77 Ribbeck*^{3} | (**19**–*p. 28,* **1**) *Enn. Annales 310 Vahlen*^{2}

§ 90 (**1–2** quicquid ... est) *Quint. 6, 3, 18 (libere)* || *§ 92* (**10–11** huic ... suavitatis) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 22–23 (libere)* | (**12** sed ... ceteris) *resp. Quint. 10, 1, 80 ex.* || *§ 93* (**19**–*p. 28,* **2** et ... verbis) *resp. Carmen de figuris v. 172 sq. p. 70 Halm (Rhet. Lat. min.)*

Codices: **L** *et inde a* ·toque (**6**) **A** μ (= Σ Δ Θ Φ Ξ) Ψ

1 quidquid **U** | proprie **NSQ** propriorum **Bud.** || **6** uberius] *de* **H** *et* **T** *v. praef. p. XIX* | aliquantoque] *a parte vocabuli q. e.* toque *incipit* **A** *itemque ceteri codd. mutili* | toque] *de lectionibus mutilorum novorum v. praef. p. XIX* | quam *om.* **P**^{1} (*ut v.*) **HWJT Bud.** || **7** autem **L A Ψ** enim μ | illud *om.* **BNQ** id **J** (*ut saepe*) || **8** neruorum **L** uerborum **AT**^{2} (al.) **Bud.** | est uel **L** si uel **A μ Ψ** uel Δ || **9** enim] autem Ψ | autem **L A Ψ** enim Σ Δ Φ Ξ *om.* Θ || **10** submissius **J** || **11** orat.] ornamenti **A** || **13** liquitur **A Σ Φ Ψ V** *def. Philippson 1936, 1334 ex.* loquitur **L** Δ Θ Ξ labitur *Purgold (ap. Hdg.)* liqui⟨do flumine et perlucido labi⟩tur *ex. gr. Havet 1927, 5* | illustrant **L** Δ Θ Ψ inlustrant **FU** illustrent **A** Σ Φ Ξ || **14** tralata **AFS** translata **L** | mutata **A μ Ψ** immutata **L** | tralata **AS** translata **L** (**F**?) | ea dico **FUBNSK**^{2}**Q**ꝰ dico ea **E** eo dico quae **R** dico **L A** || **15** ab alia re **L A** ab alia **N** ad aliam rem **POHWT Bud.** | transferuntur **L** || **16** proprio *om.* **A Bud.** | subiicitur **OBR** || **17** quamquam **P** | transferendo **L** || **18** cum] quod **A** | dixit] dicit **K**ꝰ (*ut coni. Bake 1856, 56*) | arce et urbe orbam *Hdg. (p. XXXIII) post Orellium* arcem et urbem orbas **L** arcent (arcem Ξ) urbem orbam **A μ Ψ** arce et urbe orbasum *Lamb. (e Tusc. 3, 44)* || **18–19** alio ... dixisset *del. Hdg. (in app.)* || **19** *del. Goeller (prob. Enk 1939, 38 et Glucker 1974, 177 q. v.)* | si *om.* **P** (*parva tamen ras. ante* pro) **HWJT Bud.** | pro patria **L A Ψ** pro prima **V** patriam μ | arcem **L A** Σ Φ Ξ Ψ *om.* Θ^{1} arcent Θ^{2} arcere Δ | tremore **NSE** (*ut v.*) **Q**

tumultu, cum dicit pro Afris immutate Africam. hanc ὑπαλλαγὴν rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, μετωνυμίαν grammatici
94 vocant, quod nomina traferuntur. Aristoteles autem tralationi et haec ipsa subiungit et abusionem, quam κατάχρησιν vocant, ut cum minutum dicimus animum pro parvo et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat vel quod decet. iam cum fluxerunt continuae plures tralationes, alia plane fit oratio. itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν: nomine recte, genere melius ille qui ista omnia tralationes vocat. haec frequentat Phalereus maxime, suntque dulcissima, et quanquam tralatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam cre-
95 briores. in idem genus orationis (loquor enim de illa modica ac temperata) verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum; latae eruditaeque disputationes ab eodem explicabuntur et loci communes sine contentione dicentur. quid multa? e philosophorum scholis tales fere evadunt, et nisi coram erit comparatus ille fortior, per se hic quem dico probabitur.
96 est enim quoddam etiam insigne et florens orationis pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum a

§ 93 (1 hanc . . . rhetores) *Quint. 8,6,23* || *§§ 93–94* (1–4 hanc . . . vocant) *resp. Mart. Cap. 5,512* || *§ 95* (12–14 latae . . . dicentur) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438,23–24* || *§ 96* (18–*p. 29,* 2 hoc . . . consedit) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 24–26 (partim libere)*

Codices: **L A μ (= Σ Δ Θ Φ Ξ) Ψ**

1 tumultu **ALO**^{v} uultu **O**^{1} | cum . . . Africam *del. post Halmium Hdg.;* pro . . . Africam *del. Bake et Enk (v. supra)* | immutate **A** immutat **L** (*quod def. Havet 1927, 38 sq.*) immutatę **V** immutans *dub. Castiglioni 1935, 352* || 2 summutantur **L** sumunt tantum **A μ Ψ** summantur **E** sumuntur **Bud.** sumunt **Ξ** | metonymia **B** metunumian **A** (*We. p. 163*) metonomiam **UKRJE Bud.** (-ttho-) || 3 vocant] appellant **RJ** | transferuntur **L** | autem **L A Ψ** enim **μ** | tralationi **A** *ex corr. (We. p. 160)* **Θ Ψ FS** tralatione **A**^{1} translationi **L** traditioni **Σ Δ Φ** tradictioni **Ξ** | et haec **A Δ Θ Ξ Ψ** haec **L** *de* **Σ Φ** *n. l.* || 4 quam κ.] quam qua charesin **A** quanquam charesin **Σ** quam charesim **Θ** (ka- *pro* cha- *ut v.*) **Φ Ξ** (ha-) quod charesim **Ψ** quam cachresim **Δ** quam catrachresin **PWJ** (-im) **T** quam citracresin **H** | uocant **L Σ Δ Θ Ξ** uocat **A Ψ** *de* **Φ** *n. l.* || 6 quod^{1}] quo **F**^{1}**NS** | decet **A μ Ψ U**^{2} deceat *post. manus in* **B** licet **L U**^{1} liceat **BNQ** | iam **ALB**^{1}**T**^{1} nam **Θ T**^{2} (al.) *atque post. manus in* **B** (al.) | cum fl.] confluxerunt **Δ Φ** (*cf. Sa. app.*) cum eluxerunt *Sydow 1932, 241 sq. cl. Quint. 8, 6, 4* | continuae plures **T** continuę plures **PWQ** continue plures **L** continuo plures **N A** *ex corr. (We. p. 163)* plures continuo **A**^{1} || 7 tralationes **AFS** transl- **L** | alia **LT**^{1} alta **A μ Ψ** (*ut v.*) **T**^{2} (al.) altera **Φ** || 8 omnia] omnia tamen **WT** | tralationes **AFS** transl- **L** || 9 maxime suntque **L** maxime sunt enim **E** maximeque **A** | dulcissimae **PWJ Bud.** | quamquam **P** quam **A Σ Ψ** que **Δ Φ** || 10 tralatio **AFS** transl- **L** | multa **L μ Ψ** multae **A** mutata **Φ** | mutationes **PJ** | nusquam **L** nunquam **Q** unius quam **A** || 11 ac] et **BS EQ Bud.** || 12 multa] multae **FUBSK**^{2}**R**^{2}**Q** multe **OR**^{1}**V** (*ut v.*) | laetae *Iul. Vict.* || 13 ab eodem expl. *om. Iul. Vict.* | ab **L** at **A** | explicantur **L** | cont.] intentione **B** || 14 dicentur **A** *Iul. Vict.* dicuntur **L** || 14. 15 euadunt et **L** euaden (*sp. 4 litt.*) et **A** euadent et **μ Ψ ml** euaderent et **Θ** evaden⟨tes videbis, nec eos indisertos⟩ *Havet 1927, 6 sq. ex. gr.* || 15 quem dico **L** quod dico **A** quidem **R** || 17 omnis **A** | inligantur **FUS** illigatarum **A**

subtilibus, repulsum a gravibus in ea de qua loquor mediocritate consedit.

28
Tertius est ille amplus copiosus, gravis ornatus, in quo profecto vis ma- 97
xima est. hic est enim, cuius ornatum [dicendi] et copiam admiratae gentes eloquentiam in civitatibus plurimum valere passae sunt, sed hanc eloquentiam, quae cursu magno sonituque ferretur, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent. huius eloquentiae est tractare animos, huius omni modo permovere; haec modo per-
fringit, modo inrepit in sensus; inserit novas opiniones, evellit insitas. sed 98
multum interest inter hoc dicendi genus et superiora. qui in illo subtili et acuto elaboravit ut callide arguteque diceret nec quicquam altius cogitaret, hoc uno perfecto magnus orator est, si non maximus, minimeque in lubrico versabitur et si semel constiterit nunquam cadet. medius ille autem, quem modicum et temperatum voco, si modo suum illud satis instruxerit, non extimescet ancipitis dicendi incertosque casus. etiam si quando minus succedet, ut saepe fit, magnum tamen periculum non ad-
ibit, alte enim cadere non potest. at vero hic noster quem principem poni- 99
mus, gravis acer ardens, si ad hoc unum est natus aut in hoc solo se exercuit aut huic generi studuit uni nec suam copiam cum illis duobus generibus temperavit, maxime est contemnendus. ille enim summissus, quod acute et veteratorie dicit, sapiens iam; medius suavis; hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. qui enim nihil

§ 96 (1–2) *Iul. Vict., v. supra* || *§ 97* (6 quae ... ferretur) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 28 (libere)* | (7 quam^2 ... diffiderent) *resp. fort. Quint. 11, 1, 92 ex.* || *§ 98* (12–13 minimeque ... cadet) *resp. Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 29 sq.* | (15 non ... casus) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 30 sq. (libere)* || *§ 99* (18 gravis ... ardens) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 31* | (22 vix ... solet) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 438, 32 sq.*

Codices: **L A** *μ* (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*) *et Ψ usque ad* 9 nouas opi-, *ubi deficit*

1 suptilibus **WT** | de] demum *Iul. Vict.* *om.* **BQV** || 3 amplus **LK**^{2} *Δ Φ Ξ* amplius **A** *Σ Θ Ψ* **K**^{1} || 4 *del. We.* ornatūs dicendi **A** (*cf. We. p. 163; fuit mea sent.* ornatum *cum glossemate superscripto* 's. dicendi') ornatum dicendi **L** *μ Ψ* ornatus dicendi *Ξ* | ammir- **Bud.** || 5 plurimum **L** *Θ* pluribus **A** *μ Ψ* plurimis *Ξ* | passi **A** *Σ Δ Ψ* || 6 *post* magno *add.* sequi *Δ Φ* **ml** | fertur *Iul. Vict.* **A**^{1} (*We. p. 159, cf. Havet 1927, 37*) | susciperent **AU**^{1}**HT** | omnes *om.* **AV** || 7 ammir- **HT Bud.** | se *om.* **PRJ** | adsequi **U** || 9 inrepit **AFUSV** irrepit **L** || 11 arg.] acuteque **A** | nec ... cogitaret *om.* **A** | nec] ne **BNQ** | quidquam **U** || 12 perfecto **LP**^{1}**T**^{1} profecto **P**^{2} (al.) **S** perfectus **AT**^{2} (al.) | *ad* si non (etsi non *Jahn*) *confert Liv. 7, 20, 2 Philippson 1936, 1339 ex.* | maximis **PH** | minimeque] optime *Iul. Vict.* || 13 cadet] *in* **F** *ante* det *nonnisi vestigia litt.* ca; *ibi* ui *scr. manus recens* cadunt *Iul. Vict.* || 13. 14 ille autem] ille enim *Σ Θ Ξ* enim ille *Δ* **J** *de Φ n. l.* || 15 extimescet **AU**^{2}**J** -it **LU**^{1} | ancipitis **LO**^{a} -es **AB** *Iul. Vict.* | dicendi *mihi suspectum* | certosque **O** || 17 alte **AJT**^{2} (al.) *ε***f** alter **S**^{1} aliter **LS**^{2}**WT**^{1} || 18 ardens *in* **F** *a m. rec. in lac. suppletum* || 19 studuit **AJ** studet **L** | generibus *om.* **AK**^{1} (*errore, ut putant Havet 1927, 32 et Philippson 1936, 1334; recte sec. iudicium Anonymi 1935, 138*) || 20 quod] qui **T**^{2} (al.) *Ξ* || 21 autem] enim *μ* || 22 est aliud *trp.* **A**

potest tranquille nihil leniter nihil partite definite distincte facete dicere,
praesertim cum causae partim totae sint eo modo partim aliqua ex parte
tractandae, si is non praeparatis auribus inflammare rem coepit, furere
apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinulentus videtur.
100 Tenemus igitur, Brute, quem quaerimus, sed animo; nam manu si
prendissem, ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset ut se
29 dimitterem. sed inventus profecto est ille eloquens quem nunquam vidit
Antonius. quis est igitur is? complectar brevi, disseram pluribus. is est
enim eloquens, qui et humilia subtiliter et alta graviter et mediocria tem-
101 perate potest dicere. nemo is, inquies, unquam fuit. ne fuerit: ego enim
quid desiderem, non quid viderim disputo redeoque ad illam Platonis de
qua dixeram rei formam et speciem, quam etsi non cernimus tamen animo
tenere possumus. non enim eloquentem quaero neque quicquam mortale
et caducum, sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit eloquens; quod
nihil est aliud nisi eloquentia ipsa, quam nullis nisi mentis oculis videre
possumus.
Is erit igitur eloquens, ut idem illud iteremus, qui poterit parva sum-
102 misse, modica temperate, magna graviter dicere. tota mihi causa pro Cae-
cina de verbis interdicti fuit: res involutas definiendo explicavimus, ius
civile laudavimus, verba ambigua distinximus. fuit ornandus in Manilia
lege Pompeius: temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. ius
omne retinendae maiestatis ⟨in⟩ Rabirii causa continebatur: ergo [in]

§ 101 (12) dixeram: *§§ 8–10*

§ 99 (2–3 praesertim ... tractandae) *Iul. Vict. rhet. 22 p. 439, 1sq.* || *§ 101* (10–13 nemo ... possumus) *resp. Quint. 1, 10, 4* | (17–18 is erit ... dicere) *verbis* ut ... iteremus *omissis citat Aug. doctr. christ. 4, 17, 34 (PL 34, 104sq.)*

Codices: **L A μ** (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*); 8–10 is est ... dicere *habet* **flor. Regin.** *f. 39*^{v}

1 partite **APOHWJVT Bud.** *om.* **K**^{1} parti **FUK**^{2}**R** partim **BNS**^{1}**Q** parte **S**^{2} (al.) parum **E** || 2 aliqua ex parte] aliter *Iul. Vict.* || 3 is **L** id **A** || 4 bacchari **AFBR Bud.** bachari **UNSJQ** baccari **POHWV** bacari **T** *om.* **E** *de* **K** *n. l.* | uinulentus **AFPOSR** uinolentus **L** uiolenter **Q** | uidebitur *Σ Θ Ξ ut coni. H. Stephanus (ap. Stangl)* || 5 nam **AU**^{1}**HW** *litt.* o *supra* a *scr.* **U**^{2} nom **E** non **L** || 6 prendissem **AFNRQ** prehendissem **L** compreh. **UJ** || 8 is^{1} **AHWJT** ijs **Bud.** is et **U** sed **FPONSKREQV** *om.* **B** | disseram **L** dixeram **BNSQ** (*e v.* 12*?*) uidi *et sp. 6–8 litt.* **A** uidi **J** *μ* || 9 enim *om.* **flor. Regin.** | et^{1} **AV** *om.* **L** | alta **AT**^{2} (al.) **flor. Regin.** magna **LT**^{1} || 10 is] si **BNQ** | ne fuerit **FPOU**^{1}**SK**^{2}**RVT**^{2} (al.) nec fuerit **K**^{1}**E** nec erit **BNQ** ne ··fueris *et in mg.* ··dūtu **A** (*We. p. 162*) nedum tu fueris **U**^{2} (*om.* tu) **HWJ Bud.** *μ* ne dum tu uideris **T**^{1} (*ita iam Hdg., qui* uideris *sec. Rs. e cod.* **G** *sumpsit*) || 14 cuius qui **L** cuius quid **KR** cuius **J** cuiusque **A** | compos sit eloquens **L** composit eloquens **A** cum possit eloquens **Bud.** compos qui eloquens **J** || 15 aliud nisi] aliud quam *Θ* **T**^{2} (al.) quam *Ξ* || 17 idem illud **ALK**^{2} illud idem **POHK**^{1} (*ut v.*) **WT Bud.** *Σ Θ Ξ* id idem **J** idem **B** || 18 grav.] granditer *Aug.* || 19 de uerbis interdicti fuit **L** (interdictis **Bud.**; fuit *om.* **V**) re uera fuit **A** de u. int. fuit re uera **U** de u. int. res inuolutas fuit re uera **J** || 21 ornandi] dicendi **P**^{1} orandi *Ξ* | persequuti **F** (**Bud.**) || 22 in *transtulit Havet 1927, 8sq. (q. v.)* | causa] tam **P**^{1} cā **P**^{2} causa *in mg.* **P**^{3} | continebatur **L** -bitur **AH**

omni genere amplificationis exarsimus. at haec interdum temperanda et 103
varianda sunt. quod igitur in Accusationis septem libris non reperitur
genus, quod in Habiti, quod in Cornelii, quod in plurimis nostris defen-
sionibus? †quaeque† exempla selegissem, nisi vel nota esse arbitrarer vel
posse eligere qui quaererent. nulla est enim ullo in genere laus oratoris,
cuius in nostris orationibus non sit aliqua si non perfectio at conatus ta-
men atque adumbratio. non assequimur, at quid sit quod deceat vide- 104
mus. nec enim nunc de nobis, sed de re dicimus. in quo tantum abest ut
nostra miremur, et usque eo difficiles ac morosi sumus, ut nobis non sa-
tisfaciat ipse Demosthenes: qui quanquam unus eminet inter omnes in
omni genere dicendi, tamen non semper implet auris meas; ita sunt avi- **30**
dae et capaces et saepe aliquid immensum infinitumque desiderant. sed 105
tamen, quoniam et hunc tu oratorem cum eius studiosissimo Pammene,
cum esses Athenis, totum diligentissime cognovisti nec eum dimittis e
manibus et tamen nostra etiam lectitas, vides profecto illum multa per-
ficere, nos multa conari, illum posse, nos velle quocumque modo causa
postulet dicere. sed ille magnus; nam et successit ipse magnis et maximos
oratores habuit aequales; nos magnum fecissemus, si quidem potuissemus
quo contendimus pervenire in ea urbe in qua, ut ait Antonius, auditus

§ 103 (3) in Cornelii] *cf. Puccioni (ed. fr. 1972) p. 34* || *§ 105* (19 – *p. 32*, 1) Antonius] *cf. supra ad § 18 (p. 5, 13–16)*

§ 104 (8 – 10 in quo ... Dem.) *resp. Quint. 12, 1, 22; cf. Quint. 10, 1, 24 et Plutarchi vit. Cic. 24*

Codices: **L A μ** (= **Σ Δ Θ Φ Ξ**) *et inde a verbis* non sit (6) *etiam* **Ψ**

1 omni genere *Kroll, Havet (cf. supra)* in omni genere **L** in eo genere **AJ** in ea omni genere *Hdg.* | ampl.] mallificationis **A** (*cf. Havet 1927, 12 n. 1*) mollificationis **Σ Ξ** maleficationis **Φ** magnificationis **Δ Θ J** || 3 cornelii **AμPHWJVT Bud.** corneli **L** | plurimis] pluribus **Θ UBSEQ** || 4 quaeque **AJ** quae **L** quem **V** quae ego *dub. Stangl* quae quidem *dub. Hdg., prob. Havet 1927, 34 sq. potius expectes ex. gr.* gene⟨ris cuius⟩que | nisi] ni **A** | arbitrarer **L** accusarentur **A** || 5 posse **L** possent *et in mg.* opes **A** (*We. p. 162*) opes possent **μ J** per se possent **Θ** ⟨ipsos⟩ posse *Beier ap. Orelli* | eligere **L** legere **A** seligere *Hdg., Havet 1927, 9* | qui **L A Δ** quod **Σ Φ Ξ** quae **Θ** (*ut v.*) quam **U** | oratoris **L** (*quod def. Philippson 1936, 1335 in.*) *om.* **A μ ml**, *glossema in* **L** *putat Havet 1927, 37* oratoria *Bentley (ap. Sa.)* || 7 non] si non **B** | at quid sit quod **E** (*ut iam Venet.*^{2}, *Jahn et alii*) at quid si quid **P^{2}T^{2}M** atquid si qui **FV ε^1** atquid siqui **AU** at quid siqui **SR** atqui si quid **P^{1}OHKWJT^1 Bud.** atqui quid sicui **B** at quid sicui **Q** at quid si **N** at quid **γ** (*sec. Rs.*) *Hoerner 1878 cl. § 123* at quid sequi *Hdg., edd. plerique* || 9 et **AJ** ut **L** *del. Stangl cl. (sec. Sa.) Brut. 278 et De fin. 2, 54 et 5, 57 et epist. ad Att. 13, 21, 5* | sumus **ASKJE** simus **L** || 10 quamquam **P** || 10. 11 in omni *om.* **A** || 11 auris **LO^a** aures **AHKJEQ Bud.** || 12 rapaces **J** | saepe **AL ε f^1** semper **Ef^2** || 13 quoniam **AV** quod iam **L** | pammoene **S^2** (al.) pammani **AJ** (*ut v.*) lammene **LS^1** || 14 esses **L Θ** esset **A μ Ψ JV** | nec **AU^2** neque **LU^1** | e **L** a **A** || 15 proficere **BNQ** perspicere **S** || 16 quocunque **RWET** || 17 sed **L** nam **A** | ipse **LF^{2}P^2** ille **AF^{1}J Bud.** *om.* **P^1** || 18 nos magnum **L** *def. Havet 1927, 10 c. n. 1 et Philippson 1936, 1335* non magnum **Q** nos minus magnum **A μ Ψ** nos non minus magnum **Θ γ** non minores. nos magnum *Glucker 1974, 178 sq.* || 19 ait *om.* **A**

106 eloquens nemo erat. atqui si Antonio Crassus eloquens visus non est aut
sibi ipse, nunquam Cotta visus esset, nunquam Sulpicius, nunquam Hortensius: nihil enim ample Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa graviter Hortensius; superiores magis ad omne genus apti, Crassum dico et Antonium.

Ieiunas igitur huius multiplicis et aequabiliter in omnia genera fusae orationis auris civitatis accepimus easque nos primi, quicunque eramus et quantulumcunque dicebamus, ad huius generis audiendi incredibilia stu-
107 dia convertimus. quantis illa clamoribus adolescentuli diximus, quae nequaquam satis defervisse post aliquanto sentire coepimus:

'Quid enim tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant; ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat; ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluantur; ita postremo eiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant' et quae secuntur; sunt enim omnia sic ut adulescentis non tam re et maturitate quam spe et expectatione laudati. ab hac indole iam illa matura: 'uxor ge-
108 neri, noverca filii, filiae paelex'. nec vero hic erat unus ardor in nobis,
ut hoc modo omnia diceremus. ipsa enim illa pro Roscio iuvenilis redun-

§ 107 (9–17) *Cic. Rosc. 72* | (17–18) *Cic. Cluent. 199*

§ 107 (10 defervisse) *Quint. 12, 6, 4* | (16 non tam re) *cf. Serv. Aen. 6, 875* || *§ 108* (19 illa ... redundantia) *resp. Quint. 12, 1, 20* ex illa iuvenili abundantia

Codices: **L A μ** (= **Σ Δ Θ Φ Ξ**) **Ψ**

1. 2 aut sibi ipse **L** tibi ipse **AV** || 2 cotta **ASV** *om.* **L** || 3–4 nihil enim ... Hortensius *om.* **NEQ** || 4 genus *iam* **P**^{1} *ut v.* || 7 auris **AΨ** (*ut v.*) **FU**^{2}**BNSREQV** a uiris **μJ** a iure **Θ** aures **POU**^{1}**HKWT** mires **Bud.** | easque nos primi **L** itaque nostri **A** *cf. Havet 1927, 32 c. n. 1* | quicumque **PV** | eramus **L** oramus **A**^{1} orabamus **A** *ex corr. (cf. praef. p. XI n. 1)* **μ Ψ ml J** || 8 quantulumcumque **P** quantumc. **ΣΞV** | generis audiendi **AJ** generis dicendi audiendi **L** (*cf. Havet 1927, 37sq.*) generis *Goeller* || 9 adul- **FOUBSRWQT** | *post* diximus *add.* de supplicio (sulpicio **K**^{1}**JEV**^{1} **Bud.**) parricidarum **L**, *quae del. iam Bake 1856, 58, novis argumentis nisus eicienda demonstr. Havet 1927, 10sq.* || 10 satis **L Δ Θ** *Quint.* fatis **A Σ Φ Ξ Ψ** | deferuisse **L** *Quint.* deperiisse **A** | aliquanto **AF** (*satis certe*) **P**^{2} (*nam ss.* pro ali) **UBSJV**^{2} quanto **P**^{1}**OHNK**^{2} (al.) **REQV**^{1}**T Bud.** quando **K**^{1} || 11 quid enim tam] etenim quid tam est *or. Rosc.; cf. Kinsey 1965, 121* | uiuis *or. Rosc.* **LA** *in mg.* ut bis **A**^{1} (*cf. We. p. 162*) || 12 fluctuantibus **ΘU** *or. Rosc.* eluctantibus **A μ Ψ J** fluctibus **L** (*cf. v.* 14) || 13 non^1 *om.* **A Bud.** (*cf. Havet 1927, 34*) || 13. 14 terra non tangat **L** *or. Rosc.* non terra tangat **N** terram non tangant **AUJ** (tangat) **V** *cf. Havet 1927, 34 n. 1* || 14 numquam **F** | alluantur **AΨPOBHS**^{1}**W Bud. M** adluantur **FS**^{2} abluantur **μ UNKRJEQVf** *γϱ plerique codd. Rosc.* colluantur **T** (*def. Arrigoni 1969, 148sq.*) || 15 eijciuntur **OU(B)W(E)T** | secuntur **AUBJEV** sequuntur **L** || 16 sic ut **L** sic **A** | adol- **OHJEV Bud.** || 17 exspecta- **J** | laudata **AVf** | hac] hac iam **A** | genere **J** gener **F**^{1}**OBNKREQ** *om.* **V** || 18 fili **F**^{1}**OHSRWT Bud.** filio **AU** filia **N**^{1} *ut v.* | filiae (-ę, -e) **L** filia **A** | paelex **AFR** pęlex **P**^{2} *ut v.* pęllex **WT** pellex **LP**^{1}**M** || 19 pro Roscio *del. Bake 1856, 58 (cl. Quint. 12, 1, 20) probantibus Birt 1913, 155 et Havet 1927, 12 et Seel; def. Stroux 1913, 269*

dantia multa habet attenuata, quaedam etiam paulo hilariora. at pro Habito, pro Cornelio compluresque aliae (nemo enim orator tam multa ne in Graeco quidem otio scripsit quam multa sunt nostra) hanc ipsam habent quam probo varietatem. an ego Homero Ennio reliquis poetis et maxime **31**
tragicis concederem ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur 109
crebroque mutarent, nonnumquam etiam ad cotidianum genus sermonis accederent, ipse numquam ab illa acerrima contentione discederem? sed quid poetas divino ingenio profero? histriones eos vidimus quibus nihil posset in suo genere esse praestantius, qui non solum in dissimillimis personis satisfaciebant, cum tamen in suis versarentur, sed et comoedum in tragoediis et tragoedum in comoediis admodum placere vidimus: ego non elaborem? me cum dico, te, Brute, dico: nam in me quidem iam pridem 110
effectum est quod futurum fuit; tu autem eodem modo omnis causas ages? aut aliquod causarum genus repudiabis? aut in isdem causis perpetuum et eundem spiritum sine ulla commutatione obtinebis? Demosthenes quidem, cuius nuper inter imagines tuas ac tuorum, quod eum credo amares, cum ad te in Tusculanum venissem, imaginem ex aere vidi, nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil levitate Aeschini et splendore verborum. multae sunt eius totae orationes subtiles, ut con- 111
tra Leptinen, multae totae graves ut quaedam Philippicae, multae variae, ut contra Aeschinen falsae legationis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis. iam illud medium quotiens vult arripit et a gravissimo

§ 108 (2) pro Cornelio] *cf. Puccioni (ed. fr. 1972) p. 34*
Codices: **LAμ** (= *ΣΔΘΦΞ*) *et* **Ψ** *usque ad* **9** posset, *ubi deficit*

1 at **LA** (*cf. We. p. 163*) ut (*vel* et) *Lamb. edd. plerique* | *lac. post* at *stat. Havet (v. supra)* (omnia amplificationis genera *supplens,*) *Rs. (suppl. e Quint. 12, 6, 4 petens probante Ernout 1935, 394 sq.), Castiglioni 1935, 353 (nihil nisi* multo plura *supplens). rem expedisse mihi vid. Philippson 1936, 1340, quem in contextu sequor* || **3** *ante* hanc *add.* eaque sunt **AμΨUJ** (*cf. Havet 1927, 35 sq.*), eaque **L**, *quae ut glossema incohatum del. Philippson l. c. vulgo* eaque *retinetur ut subiectum verbi* habent || **4** et maxime **AUJ** maximis **L** || **6** nonnunquam **POBSRWE** | cot(t)id- **APUHVT** quot(t)id- **L** || **7** numquam **A** nunquam **L** | descenderem **FHRT Bud.** | *post* sed *add.* ō **A** || **8** uidimus **λγ** uidemus **LAμΨ** uideamus **Bud.** || **9** dissimilissimis **A** | personis *om.* **μ** || **10** satis- *om.* **μJ** | in^1 **LΘ** *om.* **Aμ** || **12** me cum dico te brute **ΔΘΦJ** me cum dico me te brute **U** cum dico me te brute **LAΞ** *edd. de* **Σ** *n. l.* || **13** omnis **ALO**^{a} omnes **PJ Bud.** | agis **AUJ** || **14** repudiaris **AJ** | isdem **AV** iisdem **KE** eisdem **L** eiusdem **Bud.** || **15** optinebis **FUBSJQ** || **16** ac **L** aut **AJ** | credo] crebro **POKJ** | amaris (*sive fort. potius* amari; *ita Reis 1906, 8*) **A** *ex corr.* (*We. p. 160*) **μU**^{2} || **17** ex aere] extare **B** aere **A** || **18** subtilitati **AP**^{2}**BHNKJWQV** suptilitati **T Bud.** | acumine **AJ** acumini **L** | hyperidi **AJ** hyperidis **L(OB)** | levitate] lenitate **POBHWJ** (*ut v.*) **T** leuitati **EQ** | (a)eschinis **F**^{1}**S**^{1}**EQ** || **19** suptiles **P**^{1}**UT** || **20** leptinen **AO** -em **L** | totae **AV** et totae **L** (*hic, non priore versu*) || **21** aeschinen **AO** -em **L (Bud.)** | *ante* falsae *add.* multae **BNQ**

discedens eo potissimum delabitur. clamores tamen tum movet et tum in
112 dicendo plurimum efficit, cum gravitatis locis utitur. sed ab hoc parumper abeamus, quandoquidem de genere non de homine quaerimus; rei potius, id est eloquentiae, vim et naturam explicemus. illud tamen quod iam ante diximus meminerimus, nihil nos praecipiendi causa esse dicturos atque ita potius acturos, ut existimatores videamur loqui, non magistri. in quo tamen longius saepe progredimur, quod videmus non te haec solum esse lecturum, qui ea multo quam nos, qui quasi docere videmur, habeas notiora, sed hunc librum etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine divulgari necesse est.

32
113 Esse igitur perfecte eloquentis puto non eam tantum facultatem habere quae sit eius propria, fuse lateque dicendi, sed etiam vicinam eius ac finitimam dialecticorum scientiam assumere. quanquam aliud videtur oratio esse aliud disputatio, nec idem loqui esse quod dicere; ac tamen utrunque in disserendo est: disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi. Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat quid inter has artis interesset. nam cum compresserat digitos pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse; cum autem diduxerat et manum dilataverat, palmae illius
114 similem eloquentiam esse dicebat. atque etiam ante hunc Aristoteles principio Artis rhetoricae dicit illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticae, ut hoc videlicet differant inter se, quod haec ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. volo igitur huic summo omnem quae ad dicendum trahi possit loquendi rationem esse notam. quae quidem res,

§ 112 (**4.5**) iam ante] *§ 43* || *§ 113* (**16–20**) Zeno] *Stoic. Vet. Fragm. I 75* || *§ 114* (**20–22**) *Aristot. rhet. 1, 1, 1 (1354 a 1)*

Codices: **LA**μ(= ΣΔΘΦΞ) *et inde a* **4** ex]plicemus *etiam partes codicis* Λ *(v. praef. p. XIII sq.)*

2 gr.] grauissimis **AJV** | ab] ad **FS** | hoc] hac **O** || **4** iam **ALS**[2] (al.) tam **FS**[1]**NRQ** || **5** nos **LA**[1]Θ non **A** *ex corr. (v. praef. p. XI n. 1)* non μ || **6** existimatione **A** | uidea[m]mur **A** (*We. p. 163 sq.*) | magisterio **A** || **7** saepe **AHWJVT Bud.** *om.* **L** | haec **L** hoc **AUJEV**ε | haec solum *trp.* **BNSQ** || **8** qui[1]] quia **BNQ** | quasi **L** *om.* **A** | docere] edocere **K** ea docere **AV** ea dicere **J** | uidemur **A**ΔΘΦ**J** uideamur **L**ΣΞ || **9** nostra comm.] nostro **NEQ** | tuo] non **O** || **11** perf.] persequi **A** | tantum ΘΞ**V**[2]γ tamen **A**ΣΔΦΛ**V**[1]**ml** solum **L** | fac. habere *trp.* **A**[1] (*errat We. p. 164*) μ(Φ) Λ**J** || **12** etiam **L** (*om.* **V**) eam **AJ** || **12–13** vicinam . . . scientiam *om.* **A**μΛ**J** (*cf. Havet 1927, 13–15*) || **13** dialeti- **LP**[1] (*itemque mox v.* **15**) | adsumere **FUSR** | quamquam **F** | uideatur **B** || **14** esse[1] *om.* **BNQ** | actamen **A** attamen **L**μΛ | utrumque **F** utrimque **P**[1] *ut v.* || **15** in diserendo **AJ** disserendum ΘΞ**T**[2] (al.) | loquendi **L**ΘΦΞ eloquendi **A**ΔΛ**UJ** *de* Σ *n. l.* || **16** autem] enim μ**J** | *supra* quidem *in* **F** *ss.* licentius *manus post.* || **17** artis **AFBSE**(ha-)**QV** artes **L** | inter- *om.* **BNQ** || **19** autem **LA**ΔΘΦ (*ut v.*) enim ΣΞ | deduxerat **AHKRJVf** *def. Friedrich cl. Acad. 2, 145* || **22** differa[n]t **A** (*We. p. 159*) differat **J** || **24** possit **AOQ** posset **L** possunt **J**

quod te his artibus eruditum minime fallit, duplicem habuit docendi viam. nam et ipse Aristoteles tradidit praecepta plurima disserendi et postea qui dialectici dicuntur spinosiora multa pepererunt. ergo eum censeo, qui 115 eloquentiae laude ducatur, non esse earum rerum omnino rudem, sed vel illa antiqua vel hac Chrysippi disciplina institutum. noverit primum vim naturam genera verborum et simplicium et copulatorum; deinde quot modis quidque dicatur; qua ratione verum falsumne iudicetur; quid efficiatur e quoque, quid cuique consequens sit quidque contrarium; cumque ambigue multa dicantur, quo modo quidque eorum dividi explanarique oporteat. haec tenenda sunt oratori (saepe enim occurrunt), sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in iis explicandis quidam orationis nitor.

Et quoniam in omnibus, quae ratione docentur et via, primum constituendum **33** 116 est quid quidque sit – nisi enim inter eos qui disceptant conveniat quid sit illud quod ambigitur, nec recte disseri umquam nec ad exitum perveniri potest –, explicanda est saepe verbis mens nostra de quaque re atque involuta rei notitia definiendo aperienda est, siquidem est definitio oratio quae quid sit id de quo agitur ostendit quam brevissime. tum, ut scis, explicato genere cuiusque rei videndum est quae sint eius generis sive formae sive partes, ut in eas tribuatur omnis oratio. erit igi- 117 tur haec facultas in eo quem volumus esse eloquentem, ut definire rem possit nec id faciat tam presse et anguste quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed cum explanatius tum etiam uberius et ad commune iudicium popularemque intellegentiam accommodatius. idemque etiam, cum res postulabit, genus universum in species certas, ut

§ 115 (3–10) Chrysippi] *Stoic. Vet. Fragm. III 134*

§ 116 (18 oratio . . . brevissime) *Diom. gramm. I 421, 1–2 et Mar. Vict. gramm. VI 4, 9–11*

Codices: **L A** *μ* (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*) *et partes codicis Λ*; 18 diffinitio est . . . breuissime *habet* **flor. Regin.** *f. 39*^{v}

1 habet **AJ** || 3 ergo **L** ego **A** *μ* *Λ***JE** || 4 di^{u}catur **A** (*We. p. 160*) ducatur **L** *μ* *Λ* (*ut v.*) *de Σ n. l.* || 5 institutum **LA**^{1} (*ut v., cf. We. p. 164*) institutus **A** *ex corr.* *μ* *Λ***V** || 7 quicque **HE** quodque **Bud.** | v. f.] falsum uerum ne **AJ** | falsumue **BNQ Bud.** || 8 e **A** *μ* (*om. Θ*) eo **L** | quid **AJ** quod **L** | quidque **J** *γ* (*ut coni. Manutius*) quid ue **A** quodque **L** || 9 dicantur **AJ** dicentur **L** | quidque **A**^{1}**L** (*etiam* **U**) quicque **A** *ex corr.* (*We. p. 164*) **POWE** quicquam **T** quodque **Bud.** || 10 quia **AK**^{1} (*ut v.*) **JV** quod **POBHWT Bud. M** quo **FUNSK**^{2}**REQ**^{1}*ε***f** que **Q**^{2} *ut v.* || 11 iis **J Bud.** *ε* his **LA** || 14 quidque **ALP**^{2} quicque **P**^{1} (*ut v.*) **OHWT** quitque **K** quicquit **J** *ut v.* quodque **Bud.** | disceptant **AJ** disceptent **L** disceptet **SR** || 15 quod **A** *μ* *Λ***J** de quo **L** | disseres **A** | umquam nec *trp.* **L** | umquam **AU**^{1} unquam **L** quam **U**^{2} *ut v.* || 16 peruenire potes **AJ** || 17 inuoluta **ABSQ** *γ* inuolutae (-te) **L** *om. in sp.* **Bud.** *de* **N** *n. l.* || 18 oratio *om. Mar. Vict.* | id *om. Diom. Mar. Vict.* | agitur *om.* **BNQ**^{1} disputetur *add.* **Q**^{2} || 19 quae] que **A** || 20 ut **AJV**^{2} *om.* **LV**^{1} || 22 nec **AJ** neque **L** || 23 cum] tum *μ* *Λ***HJ** (*ut v.*) *de Σ n. l.* || 24 intellegentiam **AF** intellig- **L** || 25 in **AK**^{1}**J** *om.* **L**

nulla neque praetermittatur neque redundet, partietur ac dividet. quando autem id faciat aut quo modo, nihil ad hoc tempus, quoniam, ut supra dixi, iudicem esse me, non doctorem volo.

118 Nec vero dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnis philosophiae notos et tractatos locos. nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate patriae, nihil de bonis rebus aut malis, nihil de virtutibus aut vitiis, nihil de officiis, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationibus animi et erroribus – quae saepe cadunt in causas, sed ieiunius aguntur – nihil, inquam, sine ea scientia, quam dixi, graviter ample copiose dici et explicari potest.

34
119 De materia loquor orationis etiam nunc, non de ipso genere dicendi; volo enim prius habeat orator rem de qua dicat dignam auribus eruditis, quam cogitet quibus verbis quidque dicat aut quo modo. quem etiam, quo grandior sit et quodam modo excelsior, ut de Pericle dixi supra, ne physicorum quidem esse ignarum volo. omnia profecto, cum se a caelestibus rebus referet ad humanas, excelsius magnificentiusque et dicet et sentiet.

120 Cumque illa divina cognoverit, nolo ignoret ne haec quidem humana. ius civile teneat, quo egent causae forenses cotidie; quid est enim turpius quam legitimarum et civilium controversiarum patrocinia suscipere, cum sis legum et civilis iuris ignarus? cognoscat etiam rerum gestarum et memoriae veteris ordinem, maxime scilicet nostrae civitatis, sed etiam imperiosorum populorum et regum illustrium. quem laborem nobis Attici nostri levavit labor, qui conservatis notatisque temporibus, nihil cum

§ 117 (2) supra] *§ 112* || *§ 119* (14) supra] *§ 15*

Codices: **L A μ** (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*) *et partes codicis Λ usque ad* **15** ca]elestibus; *post hoc vocabulum nihil in Λ legere potui ante vocab.* labor (**24**), *ubi incipit textus qui partim legi potest.* **19–21** quid est (*om.* enim) ... ignarus *habet* **flor. Regin.** *f. 39*^{v}

2 autem id faciat aut quo modo **AJ**(facit) autem aut (et **PM**) quomodo id facias (faciat **U**^{2}) **L** || 3 doctorem *etiam* **U** || 4 dial. **L** *def. Kroll cl. Tusc. 1, 14; cf. etiam* physicorum *§ 119* a dial. **A μ Λ** | sed **LV**^{2} *Θ Ξ* et **A Σ ΔJV**^{1} (*ut v.*) *de Φ n. l.* | omnis **ALO**^{a} omnes **μ ΛJV** *de* **F** *Φ n. l.* || 5 et **LA** (*cf. We. p. 164*) | morte **L** *def. Sa. et Kroll et Castiglioni 1935, 353* more **AV** || 6 bonis rebus **AS**^{2} (al.) **JV** nouis rebus **FP**^{2}**UBNS**^{1}**REQM** rebus nouis **P**^{1}**OHKWT Bud.** || 7 officiis **A μ Λ JV** officio **L** || 9 sed **L** sed quę **B** et **AJ** | *lac. ante* ieiunius *stat. Havet 1927, 15* | inquam] umquam **A** unquam **JV** || 10 explicari **LA** *ex corr.* (l.; *We. p. 161*) explicate **A**^{1} || 11 de ipso genere **AJV** genere de ipso **L** (*prob. Kornitzer 1914, 128*) de genere ipso **NSKQ** || 13 quicque **P**^{1}**OU**^{2}**HWJT Bud.** quicquid **U**^{1} | aut quo modo *om.* **A μ m l** || 14 ut **AUBSJQV** *om.* **L** sicuti *Havet 1927, 16* | de perixe **A** deperisse **μ Λ** || 16 referet **AOBKRWT**^{1} refert **LT**^{2} (al.) || 18 cumque **L** cum **A** | nolo **AJV** nolo ne **L** nolo ut **K** uolo ne *ε Monac. 15958 sec. Sa.* || 19 cotidie **AUJV** quot- **L** || 21 ciu. iuris *trp.* **B** | memoria **FNS**^{1}**K**^{2} (al.) **REQV** historias **S**^{2} (al.) || 22 etiam **AJ** et **L** (*etiam* **U**) *om.* **RVf** || 23 inlustrium **F** || 24 cons.] servatis *Bake 1856, 60* | nihil cum *trp.* *Σ Θ Ξ*

illustre praetermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit. nescire autem quid ante quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum. quid enim est aetas hominis nisi ea memoria rerum veterum cum superiorum aetate contexitur? commemoratio autem antiquitatis exemplorumque prolatio summa cum delectatione et auctoritatem orationi affert et fidem.

Sic igitur instructus veniet ad causas, quarum habebit genera primum 121
ipsa cognita. erit enim ei perspectum nihil ambigi posse, in quo non aut res controversiam faciat aut verba: res aut de vero aut de recto aut de nomine, verba aut de ambiguo aut de contrario. nam si quando aliud in sententia videtur esse aliud in verbis, genus est quoddam ambigui quod ex praeterito verbo fieri solet; in quo, quod est ambiguorum proprium, res 35
duas significari videmus. cum tam pauca sint genera causarum, etiam ar- 122
gumentorum praecepta pauca sunt. traditi sunt e quibus ea ducantur duplices loci, uni e rebus ipsis, alteri assumpti.

Tractatio igitur rerum efficit admirabilem orationem; nam ipsae quidem res in perfacili cognitione versantur. quid enim iam sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor aut erigatur aut paret se ad discendum; rem breviter exponere et probabiliter et aperte, ut quid agatur intellegi possit; sua confirmare, adversaria evertere, eaque efficere non perturbate sed singulis argumentationibus ita concludendis, ut efficiatur quod sit consequens iis quae sumentur ad quamque rem confirmandam; post omnia perorationem inflammantem restinguentemve concludere? has partes quem ad modum tractet singulas, difficile dictu est hoc loco; nec enim semper tractantur uno modo.

§ 122 (14–15 ducantur . . . assumptis) *Non. p. 211, 1–9* (LOCA)

Codices: **LAμ** (= *ΣΔΘΦΞ*) *et partes codicis Λ usque ad* 22 efficiatur quod, *ubi desinit Λ*; 3–4 *verba* quid . . . contexitur *aliquantum mutata in* **flor. Bern.** *f. 159*^{r} *leguntur*

1 inlustre **F** || 2 conlig- **FU** | autem] enim **μ** || 3 quid . . . hominis nisi] Etas hominis quid aliud est nisi **flor. Bern.** | hominis] hominibus **A μ** hominum **Θ**T^2 (al.) | nisi ea **A** nisi **L flor. Bern.** nisi eo **J** nisi cum **U** nisi cum ea **Σ Φ Ξ** | rerum vet. *trp.* **O** || 4 cum . . . aetate *om.* **ΣV** | superioribus **A Δ Φ Ξ ΛJ** superiori **Θ** superiore **Bud.** *deficiunt* **ΣV** | autem] enim **μJ** || 5 probatio **KJE Bud.** || 6 adfert **FU** afert **P**^{1} || 9 aut^2] autem **UKRJV** || 10 aut^1] autem **UKR** || 13 sint **L Δ Λ** (*ut v.*) sunt **AΣ Θ ΦJ** *deficit* **Ξ** || 14 sunt^1 *om.* **A** (pauca sunt *om.* **J**) | traditi **LU**^{1} tradita **AU**^{2}**J** | ea *om.* **AJ** || 15 e *om.* **AJ** *Non.* est **B** | assumpti **LA** adsumpti **UE** adsunti **FS** assunti **R** assumptis *Non.* | *hic multa excidisse susp. Bake 1856, 63* || 16 admir- **LA** ammir- **PHW Bud.** | -rabilem **ABQ** -rabiliorem **LJ** || 18 quo **LT**^{1} qua **AJVT**^{2} (al.) **Bud.** | auditor] audiens **Λ** *ut v.* || 19 discendum **AΣΞUJV** dicendum **LQ**^{2} **Θ Φ** audiendum **ΔQ**^{1} || 20 intellegi **AF** -igi **L** || 21 eaque] atque **A μ ΛJ** | perturbatis **A** | sed **L μ** *om.* **A**^{1} et **A** *ex corr. (We. p. 164) de* **Φ** *n. l.* || 22 iis **A Bud.** is **ΣV** hiis **ΘK** his **LΔΞ** *de* **Φ** *n. l.* | sumentur **LAΣ Φ** sumuntur **Δ Θ Ξ** || 23 quanque **OUBSVT** | perorat. **AU** (*ut v.*) **QV** per orat. **L** || 24 partis **FBNSREV** || 25 dictu **LAΔ Θ Φ** dictum **ΣΞF**^{1}**PUNJVT**^{1} | tractantur **L μ A** *ex corr. (We. p. 160)* tractentur **A**^{1}

123 quoniam autem non quem doceam quaero sed quem probem, probabo
primum eum qui quid deceat viderit. haec enim sapientia maxime adhi-
benda eloquenti est, ut sit temporum personarumque moderator. nam nec
semper nec apud omnis nec contra omnis nec pro omnibus nec omnibus
36 eodem modo dicendum arbitror. is erit ergo eloquens, qui ad id quodcun-
que decebit poterit accommodare orationem. quod cum statuerit, tum ut
quidque erit dicendum ita dicet, nec satura ieiune nec grandia minute.
124 nec item contra, sed erit rebus ipsis par et aequalis oratio. principia vere-
cunda, nondum elatis incensa verbis sed acuta sententiis vel ad offen-
sionem adversarii vel ad commendationem sui; narrationes credibiles nec
historico sed prope cotidiano sermone explicatae dilucide; dein si tenues
causae, tum etiam argumentandi tenue filum et in docendo et in refellen-
do, idque ita tenebitur, ut quanta ad rem tanta ad orationem fiat accessio.
125 cum vero causa ea inciderit in qua vis eloquentiae possit expromi, tum se
latius fundet orator, tum reget et flectet animos et sic afficiet ut volet, id
est ut causae natura et ratio temporis postulabit.

Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis, propter quem ascen-
dit in tantum honorem eloquentia. nam cum omnis pars orationis esse
debet laudabilis, sic ut verbum nullum nisi aut grave aut elegans excidat,
tum sunt maxime luminosae et quasi actuosae partes duae. quarum alte-
ram in universi generis quaestione pono, quam, ut supra dixi, Graeci ap-
pellant *θέσιν*, alteram in augendis amplificandisque rebus, quae ab isdem
126 *αὔξησις* est nominata. quae etsi aequaliter toto corpore orationis fusa

§ 123 (3–5) *cf. § 71* || *§ 125* (21) supra] *§ 46*

§ 125 (20 tum ... duae) *Non. p. 132, 19sq.* (LVMINOSVM) *et p. 130, 11sq.* (IACTVOSAE)

Codices: **LA*μ*** (= ***Σ Δ Θ Φ Ξ***). *verba* haec sapientia (2) (*om.* enim) ... arbitror (5) *compluribus omissis citat* **flor. Regin.** *f. 39*^{v}; 3–5 nam nec semper ... dicendum arbitror *habet* **flor. Bern.** *f. 159*^{r}, *sed paulum mutata*

2 uiderit **AU**^{2} uidebit **LU**^{1} || 3 -que *om.* **F**^{1} **flor. Regin.** || 4 nec^1 *om.* **flor. Bern. flor. Regin.** | ap. omnis **LO**^{a}**U**^{2} ap. omnes **AU**^{1}**J Bud.** | omnis **LO**^{a} omnes **A Bud.** | nec contra ... omnibus^2 *om.* ***Ξ*J flor. Regin.** | nec pro ... omnibus^2 *om.* **A*μ* ml** || 5 quodcumque **P** || 7 quidque **AV** quitque **J** *ut v.* quicque **LF**^{2} quique **F**^{1}**URE** cuique **BNQ** quitquid **K** *ut v.* quicquam **Bud.** || 8 sed erit] egerit **AK**^{1}**V** | paret ea qualis **A** | principio **BNQ** || 9 nondum **A*μ*Jl** non **Lm** (*fort. recte*) *de **Σ** n. l.* || 11 historico **L** ab historico **B** historicę **A** historice ***μ*J** | cotid- **AUKJV** quotid- **L** | explicare **BNQ** | dilucidae **AF** | dein si tenues *om.* **N** (*in sp.*) **Q** | dein **ALO**^{v} deinde ***μ*BJVT** tum **O**^{1} || 11.12 tenues causae] tenuis causa erit *Jahn* || 12 tum *om.* **A** (causae tum *om.* **J**) || 14 exprimi ***μ*P**^{1}**K**^{1}**JEV** *de **Φ** n. l.* || 15 afflectet **J** | adficiet **U** || 17 omnis eius *trp.* **A** | ornatus **LU**^{1} conatus **AU**^{2}**J** | ammir- **POHWT Bud.** | adscendit **E** || 18 eloquentiae **F**^{1}**BN** (-e) **SEQ** || 18.19 debet esse ***Θ*** (*fort. recte*) || 20 tum **LA** *Non. 132* cum *Non. 130* | maxime *om. Non. 130* | iactuosae *Non. utroque loco* || 21 qu(a)estionem **AP**^{1}**O**^{1}**HWE**^{1}**VT Bud.** questionis **N** quaestionum **J** || 22 augendis **L *Δ Θ Φ*** agendis **A *Σ Ξ* J Bud.** | isdem **A *Σ*** hisdem ***Φ* J** iisdem ***Δ*** eisdem **L *Θ Ξ*** || 23 aequabiliter *γ Friedrich*

esse debet, tamen in communibus locis maxime excellet; qui communes
appellati sunt eo quod videntur multarum idem esse causarum, sed pro-
prii singularum esse debebunt. at vero illa pars orationis, quae est de ge-
nere universo, totas causas saepe continet. quicquid est enim illud in quo
quasi certamen est controversiae, quod Graece *κρινόμενον* dicitur, id
ita dici placet ut traducatur ad perpetuam quaestionem atque uti de uni-
verso genere dicatur, nisi cum de vero ambigitur, quod quaeri coniectura
solet. dicetur autem non Peripateticorum more — est enim illorum exer- 127
citatio elegans iam inde ab Aristotele constituta — sed aliquanto nervo-
sius, et ita de re communia dicentur, ut et pro reis multa leniter dicantur
et in adversarios aspere. augendis vero rebus et contra abiciendis nihil est
quod non perficere possit oratio; quod et inter media argumenta facien-
dum est, quotienscumque dabitur vel amplificandi vel minuendi locus, et
paene infinite in perorando. 37

Duo sunt quae bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam fa- 128
ciant. quorum alterum est quod Graeci *ἠθικὸν* vocant, ad naturas et ad
mores et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum; alterum quod
idem *παθητικὸν* nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in
quo uno regnat oratio. illud superius come, iocundum, ad benivolentiam
conciliandam paratum; hoc vehemens incensum incitatum, quo causae
eripiuntur; quod cum rapide fertur, sustineri nullo pacto potest. quo ge- 129
nere nos mediocres aut multo etiam minus, sed magno semper usi impe-
tu saepe adversarios de statu omni deiecimus. nobis pro familiari reo sum-
mus orator non respondit Hortensius; a nobis homo audacissimus Catilina
in senatu accusatus ommutuit; nobis privata in causa magna et gravi cum
coepisset Curio pater respondere, subito assedit, cum sibi venenis ereptam

Codices: **L A** *μ* (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*)

1 locis] rebus **NQ** || 2 sunt *Θ Ξ* **HKWT Bud.** *γ* *om.* **L A** *Σ Δ Φ* s(cilicet) s(un)t *ss. post. manus in* **P** | eo **A** *μ* **UBHSWJT Bud.** *om.* **L** *de Σ n. l.* | uidentur *post* idem *colloc.* **O** | iidem **PHWQT** eisdem **Bud.** *om.* **E** | esse *om.* **A** | propri **FSR** proprie **AJV** proprium **B** propriis **U** || 3 at *μ* **BQT** *γ ε* **f** ac **L A** *Δ* || 6 uti de *Stangl* ut inde **AJ** ut de **L** de **V** || 7 ambigitur **AU**^{1}**J** ambigetur **LU**^{2} || 8 autem] enim *μ* **J** || 10 et^{2} *om.* **OT Bud.** | pro reis] propriis **AJ** || 11 aduersos **FBSK REQ** | aspere **AUHK**^{1} (*ut v.*) **WJVT Bud.** aspera **LK**^{2} || 12 et *om.* **AJV** || 13 -cumque **AP** -cunque **OSRWET** || 14 in per. **L** imperando **A** || 15 duo **L** *Φ* (*cf.* quorum *v.* 16 *et § 185 et § 197*) duae res **A** *μ* **J** (*de Σ n. l.*) | sunt **L** *Δ* sunt enim **A** *μ* **JV** | tractata **L** *Φ* tractatę **A** tractate *μ* **J** | ammir- **POHWT Bud.** || 16 est *om.* **AJ** | heticon **AF** | naturam **AJEV** || 17 adcomm- **S** || 18 iidem **POH WQVT**^{2} | nominant] uocant **BNQ** appellant **Bud.** | animi et conc.] et concitantur animi **BNQ** | in **AO**^{2} (al.) **UBHK**^{1}**WJT Bud. f** id **FPO**^{1}**NK**^{2} (al.) **REQ** (*prob. Seel*) id in **SV** || 19 come, iocundum] cum ei dicundum **AJ** (-end-) | iucundum **POURWT** | beneuol- **OU** || 20 uehementius **AJ** | quo] in quo **A**^{1} (*We. p. 159*) || 22 usi] usu **PO**^{1} || 23 familiare **A**^{1} (*v. praef. p. XI n. 1*) | reo] re **AJV** || 25 obmutuit **HJEQV Bud.** || 26 adsedit **FSR** | ueneris **J** ueniens *Δ Φ* **BN**

130 memoriam diceret. quid ego de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus, quod, etiam si plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant; in quo ut viderer excellere non ingenio sed dolore assequebar. quae qualiacunque in me sunt – me enim ipsum non paenitet quanta sint – sed apparent in orationibus, etsi carent libri spiritu illo, propter quem maiora eadem illa cum aguntur quam cum leguntur videri
38 131 solent. nec vero miseratione solum mens iudicum permovenda est – qua nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus, ut alia in causa excitato reo nobili, sublato etiam filio parvo, plangore et lamentatione compleremus forum – sed est faciendum etiam, ut irascatur iudex mitigetur, invideat faveat, contemnat admiretur, oderit diligat, cupiat taedeat, speret metuat, laetetur doleat; qua in varietate duriorum Accusatio suppeditabit exempla, mitiorum defensiones
132 meae. nullo enim modo animus audientis aut incitari aut leniri potest, qui modus a me non temptatus sit. dicerem perfectum, si ita iudicarem, nec in veritate crimen arrogantiae pertimescerem; sed, ut supra dixi, nulla me ingenii sed magna vis animi inflammat, ut me ipse non teneam; nec umquam is qui audiret incenderetur, nisi ardens ad eum perveniret oratio. uterer exemplis domesticis, nisi ea legisses, uterer alienis vel Latinis, si ulla reperirem, vel Graecis, si deceret. sed Crassi perpauca sunt nec ea iudiciorum, nihil Antonii, nihil Cottae, nihil Sulpicii; dicebat melius quam
133 scripsit Hortensius. verum haec vis, quam quaerimus, quanta sit suspicemur, quoniam exemplum non habemus, aut si exempla sequimur, a Demosthene sumamus, et quidem perpetuae dictionis ex eo loco unde in Ctesiphontis iudicio de suis factis consiliis meritis in rem publicam ag-

§ 132 (16) supra] *§ 130* || *§ 133* (23 – *p. 41,* 1) *Demosth. de cor. 160 sqq.*

§ 130 resp. Schol. Cic. Bob. Planc. 76 (p. 145, 7 – 8 Hildebrandt): ... et in oratore suo eandem affectuum movendorum sibi praestantiam vindicavit || *§ 132* (15 – 16 dicerem ... pertimescerem) *Aug. in evang. Ioh. 124, 3 (PL 35, 1976)* | (17 – 18 nec ... oratio) *resp. Schol. Hor. (Ps.-Acro) ars poet. 101*

Codices: **L A** μ (= $\Sigma\, \Delta\, \Theta\, \Phi\, \Xi$)

1 mirationibus **A**^{1} (*We. p. 159*) | loquar **L** Θ loquor **A** μ **J** *de* Φ *n. l.* | eo] ego Θ **B Bud.** | sum usus] sumus **A** μ **J** usi sumus Θ || 3 adseq- **FUS**^{2} || 4 -cumque **PV Bud.** | enim ipsum non **L** (*def. Stroux 1913, 269 sq. et Ruiz de Elvira 1953, 365*) ipsum **AJ** || 5 apparet **O** | etsi carent] et sic arent **O**^{2} (al.) || 6 cum^1] quę **A** que μ **J** | leguntur **L** Θ legantur **A** μ **J** || 7 promouenda **U** || 10 compleremus **L A** μ complerimus *edd. vulgo* | est fac. etiam **AJV** etiam est fac. **L** || 11 ammir- **FPO** **(H) (S) WT Bud.** | oderunt **P** || 12 tędeat **A** satietate afficiatur **L** (-etur **HQ**) sacietate afficiatur tedeat **J** | qua in **AU**^{2}**JV** in qua in **U**^{1} in qua **L** || 13 suppeditabunt **P**^{2} (al.) || 15 tentatus **BRQ** || 16 pertimescerem **A** μ **J** *Augustinus (cf. Souter 1927)* extim- **L** || 18 umquam **AF** unquam **L** *om.* **EQ** || 20 deceret] diceret **P**^{1}**UH** || 21 antonii **A**^{1}**L** antoni **FUW** antonio **A** *ex corr.* (*We. p. 164*) **J** | sulpicii **L** sulpici **FS** sulpicio **AJ** || 22 suspicamur **AJT**^{2} (al.) || 23 aut **AJT**^{2} (al.) ut **L** at *Havet 1927, 27* uel **S**^{2} (al.) **f** || 25 adgressus **FUE**

gressus est dicere. ea profecto oratio in eam formam quae est insita
in mentibus nostris includi sic potest, ut maior eloquentia non requi-
ratur.
Sed iam forma ipsa restat et χαρακτὴρ ille qui dicitur; qui qualis esse 39
debeat ex his quae supra dicta sunt intellegi potest. nam et singulorum 134
verborum et collocatorum lumina attigimus. quibus sic abundabit, ut
verbum ex ore nullum nisi aut elegans aut grave exeat, ex omnique genere
frequentissimae translationes erunt, quod eae propter similitudinem
transferunt animos et referunt ac movent huc et illuc, qui motus cogita-
tionis celeriter agitatus per se ipse delectat. et reliqua ex collocatione ver-
borum quae sumuntur quasi lumina magnum afferunt ornatum orationi;
sunt enim similia illis quae in amplo ornatu scaenae aut fori appellantur
insignia, non quia sola ornent, sed quod excellant. eadem ratio est horum 135
quae sunt orationis lumina et quodam modo insignia, cum aut duplican-
tur iteranturque verba aut leviter commutata ponuntur, aut ab eodem
verbo ducitur saepius oratio aut in idem conicitur aut utrunque, aut ad-
iungitur idem iteratum aut idem ad extremum refertur, aut continenter
unum verbum non in eadem sententia ponitur, aut cum similiter vel ca-
dunt verba vel desinunt, aut cum sunt contrariis relata contraria, aut
cum gradatim susum versus reditur, aut cum demptis coniunctionibus
dissolute plura dicuntur, aut cum aliquid praetereuntes cur id faciamus
ostendimus, aut cum corrigimus nosmet ipsos quasi reprehendentes, aut

§ 134 (5) supra] *§ 80* | (6) attigimus] *§§ 80–83 fere*

§§ 134–139 (10– *p. 43,* 13 et reliqua . . . magnitudo) *verbatim citat Quint. 9, 1, 37–45* (*qui dixerat 9, 1, 25 ex.:* locum ad litteram subieci)

Codices: **L A** *μ* (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*)

2 non req. **L** ne req. quidem **AJT**^{2} (al.) || 4 ipsa *om.* **AJ** | karacter **Q** *alii codd. aliter* || 4.5 esse d. **AJT**^{2} (al.) d. esse **L** || 5 debet **NQ** | his **A** *Σ Φ Ξ* hiis *Θ* **J** iis *Δ* ipsis **L** iis ipsis *Lamb.* | intellegi **AFR** -igi **L** || 6 verborum *om.* **AJV** | conloc- **FSR** | adtigimus **FS** attingimus **ARJ** || 6–7 quibus . . . elegans *om.* **NEQ** || 8 tralationes **FSEV** relationes **A** relatores **J** | quod eae] quae *Δ Ξ* **U**^{3} (al.; *cf. statim*) **J** | eae **A** ee **O**^{2}**U**^{2} (*ut v.*; al.) **K**^{1} (*ut v.*) **WT** hee **H** he **Bud.** eas **FPU**^{1}**SK**^{2}**REQV** esse **O**^{1} et **B** || 9 transferant **U**^{1} | et^{1}] ac **OK** | ac] et **OK** ac et **HT** | cognitionis *μ* **V** || 10 celeris **AJ** | agitatus **LQ**^{2} *Θ Φ* agitatur **A** *Σ Δ Ξ* **JQ**^{1} | collatione **UJEV** (*Quint. cod. B*) || 11 adferunt **FU** | ornamentum *Σ*^{1} *Θ* **BNQ** || 12 scae- **FPRT** scę- **AU** sce- **L** || 13 quia **AJ** *Quint.* quod **L** ad **U** | ornant *Q. A* | quod *om.* **U**^{1} **Bud.** | excelleant **R** excellent **J** || 14 cum aut *trp. Q. B* qua aut *Q. A* || 15 -que *om. Q. A* | verba *om. Q. B* | leviter *Gesner ed. Quint. 1738 (quod prob. Winterbottom ed. Quint. 1970)* breuiter **LA** *Quint.* | eodem] eo *Q. A* || 16 idem **L** eodem **AJ** | conicitur **AURV Bud.** *Q. Ab* coniicitur **BQ** coicitur **L** *Q. B* | utrumque **PQ** || 18 in *om.* **B** *Quint.* || 19 cum sunt **AJ** multis modis **L** *Quint.* || 20 susum **AFP**^{2}**O**^{v}**SR** *def. Havet 1927, 29* sursum **LP**^{1}**O**^{1} | uersum *Q.BM* | redditur **UBNJEQ** | cum demptis] demotis *Q. A* || 22 reprendentes **F**

si est aliqua exclamatio vel admirationis vel questionis, aut cum eiusdem nominis casus saepius commutantur.

136 Sed sententiarum ornamenta maiora sunt; quibus quia frequentissime Demosthenes utitur, sunt qui putent idcirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem. et vero nullus fere ab eo locus sine quadam conformatione sententiae dicitur. nec quicquam est aliud dicere nisi aut omnis aut certe plerasque aliqua specie illuminare sententias. quas cum tu optume, Brute, teneas, quid attinet nominibus uti aut exemplis? tantummodo no-
40 tetur locus. sic igitur dicet ille quem expetimus, ut verset saepe multis
137 modis eadem et in una re haereat in eademque commoretur sententia; saepe etiam ut extenuet aliquid, saepe ut irrideat; ut declinet a proposito deflectatque sententiam; ut proponat quid dicturus sit; ut, cum transegerit iam aliquid, definiat; ut se ipse revocet; ut quod dixit iteret; ut argumentum ratione concludat; ut interrogando urgeat; ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat; ut contra ac dicat accipi et sentiri velit; ut addubitet ecquid potius aut quo modo dicat; ut dividat in partis; ut aliquid relinquat ac neglegat; ut ante praemuniat; ut in eo ipso, in
138 quo reprehendatur, culpam in adversarium conferat; ut saepe cum iis qui audiunt, nonnunquam etiam cum adversario quasi deliberet; ut hominum

§ 135 (1 exclamatio) *Quint. 9,3,97; ad totam § 135 cf. Quint. 9,3,90* || *§§ 135–138* (1–19) *Quint. (cf. supra) 9,1,39–44* || *§§ 137–138* (10–*p. 43,* 8 haereat... execretur) *in brevius contrahens, sed ex parte verbatim citat Iul. Vict. rhet. 20 p. 433, 30–434, 5*

Codices: **L A** μ (= $\Sigma\,\Delta\,\Theta\,\Phi\,\Xi$)

1 exclamatio **ABHVT**^{1} **Bud.** *Quint. (utroque loco)* reclamacio **J** explanatio **LT**^{2} (al.) explicatio **E** | ammir- **FPOHK**^{1}**WT Bud.** | questionis $\Delta\,\Phi\,\Xi$ **P**^{1}**OUBSWEV Bud.** quęstionis **AP**^{2}**Q** quaestionis **FKRT** *Quint.* conquestionis Θ **H** $\gamma\,\varepsilon$ quomodouis **J** *de* Σ *n. l.* || 2 saepe *Q. A* || 3 sed **L A** *om. Q. B* uel *Q. AMb* || 4 utitur **AJET**^{2} (al.) *Q. T ex corr.* utatur **L** *Q. BM* utebatur *Q. A ex corr.* | putent **AJ** putant **L** Δ putat **U** *ut v.* || 5 vero] uero et *Q. B* uere Θ**BNSREQ** *Q. A* || 6 dicitur **AK**^{1} *(ut v.)* **J** *Quint.* edicitur **L** | nisi aut β**f** nisi **AJ** *Quint.* nisi quam aut **L** quam aut **NK**^{1} | omnis **A** omnes **L** || 7 aliquas **P**^{1}**HWT Bud.** | inlum- **FU** | optime **L** || 7. 8 opt. brute *trp.* **S Bud.** || 8 uti *om. Q. A* | ex.] sententiis *Q. A* | tantummodo **A** (*We. p. 165*) **J** *Quint.* tantum **L** ε || 9. 10 multis modis **L** $\Theta\,\Phi$ multimodis **A** $\Sigma\,\Delta\,\Xi$ **J** || 10 eadem et in una re *Quint.* eadem ut unam in rem **L** eandem et unam rem et **A** μ **J** | in eademque commoretur sententia Δ *Quint.* in eadem commoreturque sententia **A** μ **JV** (-tiam) *Iul. Vict. (def. Philippson 1936, 1337)* et in eandem commoretur sententiam **LT**^{1} et in eadem commoretur sententia **T**^{2} (al.) || 11 saepe ... aliquid *om.* **AJ** *Q. AMb* | extenuat **P**^{1}**OK** | inrideat **U** redeat **AJ** || 12 deflectatque **ALO**^{v} flectatque **O**^{1} deflectat **J** || 13 ut^{1} *om. Q. A* | dixerit Ξ^{1} *Quint.* || 14 quasi *om.* **AQ** que **Bud.** || 15 sibi ipse *om.* **AJ** | accipi et **OBHS**^{2} (al.) **K**^{1}**WT Bud.** *Quint. (cf. Iul. Vict.* accipi uelit) accipi ac **P** accipiet **A** *ex corr. (We. p. 160)* Σ**FS**^{1}**K**^{2}**REQV** accupiet **A**^{1} accipiat μ **J** | et sentiri *om. Iul. Vict.* | sentire **FNS**^{1}**K**^{2}**REQV** || 16 ecquid ... partis *om. Iul. Vict.* | ecquid **A** eo quid μ **J** quid **L** *Quint.* | partis **AFRV** partes **L** || 17 ac **L** (*om.* **K**^{1}) ut **A** *deest* **J** et *Quint.* | negligat **PBHKREQV Bud.** || 18 reprendatur **U** *Q. B* | saepe *om. Iul. Vict.* | iis **AJ Bud.** *Quint.* is **U**^{1} hiis Θ**K** his **LU**^{2} μ *Iul. Vict.* || 19 nonnumquam **F** | etiam *om.* **BNQ**

sermones moresque describat; ut muta quaedam loquentia inducat; ut ab eo quod agitur avertat animos; ut saepe in hilaritatem risumve convertat; ut ante occupet quod videat opponi; ut comparet similitudines; ut utatur exemplis; ut aliud alii tribuens dispertiat; ut interpellatorem coerceat; ut aliquid reticere se dicat; ut denuntiet quid caveant; ut liberius quid audeat; ut irascatur etiam, ut obiurget aliquando; ut deprecetur, ut supplicet, ut medeatur; ut a proposito declinet aliquantum; ut optet, ut exsecretur; ut fiat iis apud quos dicet familiaris. atque alias etiam 139 dicendi quasi virtutes sequetur: brevitatem, si res petet; saepe etiam rem dicendo subiciet oculis; saepe supra feret quam fieri possit; significatio saepe erit maior quam oratio; saepe hilaritas, saepe vitae naturarumque imitatio. hoc in genere — nam quasi silvam vides — omnis eluceat oportet eloquentiae magnitudo.

Sed haec nisi collocata et quasi structa et nexa verbis ad eam laudem 41 140 quam volumus aspirare non possunt. de quo cum mihi deinceps viderem esse dicendum, etsi movebant iam me illa quae supra dixeram, tamen iis quae secuntur perturbabar magis. occurrebat enim posse reperiri non invidos solum, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam laudum mearum, qui non censerent eius viri esse, de cuius meritis tanta senatus

§ 140 (16) supra *ad totam praecedentem disputationem videtur pertinere; ad* movebant *cf. § 33 et § 75* magnum opus et arduum

§ 138 (1–8 execretur) *Iul. Vict., v. supra* || *§§138–139* (1–13 magnitudo) *Quint. (cf. supra) 9, 1, 44–45* || *§ 139* (9–10 saepe ... oculis) *resp. Quint. 9, 2, 40*

Codices: **L A** μ (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*)

1 mores sermonesque *Quint.* | muta] mutua **BNSQ** | loquentia **A** *Δ Φ Ξ* **F**^{2} *Quint. Iul. Vict.* eloquentia **LF**^{1} *Σ Θ* || 2 saepe] se *Iul. Vict.* | risumue **A** *Θ Φ* **LK**^{1} (*ut v.*) *Quint.* risumque *Δ Ξ* **K**^{2}**R Bud.** *Iul. Vict.* || 3–4 ut ante ... dispertiat *om. Iul. Vict.* || 3 uideat **L** (uidet **Bud.**) *Q. B* uideatur *Q. A* (*'fort. recte' Winterbottom*) putat **A** μ **J** putet *Θ* || 4 ut^1 *Θ* **J** *Q. A* *om.* **LA** *Δ Ξ* *Q. B* *de Σ Φ n. l.* | alii] ali **FR** | dispart- **BNJQT** | interpellatorem **AO**^{2} (al.) **BHT**^{1} (-at.orem) *Quint. Iul. Vict.* interpellatione **UJ** interpellat oratorem **FPO**^{1}**SKRWV** (-pol-) **T**^{2} (al.) **Bud.** (orationem) interpellet oratorem **NEQ** || 5 ut den. **AJV** *Quint.* et den. **L** | caveant (*etiam Iul. Vict.*)] caueat **POBHNS**^{2}**WJEQT Bud.** *Quint.* || 5–6 ut^3 ... audeat *om. Iul. Vict.* || 5 ut lib. **AU**^{2}**J** et lib. **LU**^{1} lib. *Q. A* || 6 audeat ut **L** *Quint.* audeat quidem **AJ** | etiam *del.* **U**^{2}, *om. Iul. Vict.* | aliquando *om. Iul. Vict.* || 7 ut supplicet *om. Iul. Vict.* | ut medeat medeatur **FO**^{1}**RE** (*ut v.*) | ut a ... aliquantum *om. Iul. Vict., del. Bake 1856, 66 cl. p. 42, 11–12* | ut^3 *om. Q. A* || 8 ut^1 **L** *Quint. Iul. Vict.* *om.* **AJ** | exsecretur **F**^{2}**UBSQ** exercetur **H Bud.** | iis **A** *Δ* **BNEQ Bud.** is *Σ* **F**^{1}**SV** hiis *Θ* **K** his **LF**^{2} *Φ Ξ* | dicat **A** μ **J** dicit *Ξ* *Q. B* licet **E** | alias **A** *Quint.* in alias **L** || 9 sequetur **A** *Quint.* sequatur **L** | si res *om. Q. A* || 10 subiiciet **W** | *an* supra ⟨pro⟩feret*?* | fieri **L** *Quint.* superi **A** *Σ* sumi μ || 11 erit **LT**^{1} *Quint.* re **A** *Σ* res μ **J** rem **T**^{2} (al.) *ut v.* | ratio *Q. B* || 12 uides **AOBHWJ Bud.** *Quint.* uideas **L** || 14 *supra* uerbis *ss.* s(cilicet) sint *in* **PT** || 16 etsi **AJ** etsi non **L** | iam me illa **LA** *Δ* me iam illa *Θ Ξ* **J Bud.** me illa iam *Φ* *de Σ n. l.* | iis **AJ Bud.** is *Σ* hiis *Θ Φ* **K** his **L** *Δ Ξ* || 17 secuntur **AUBSJE** sequuntur **L** || 18.19 laudum mearum **AJV** (*cf. Brut. 2*) mearum laudum **L** || 19 tanta senatus *trp.* **AJV**

iudicia fecisset comprobante populo Romano quanta de nullo, de arti-
ficio dicendi litteris tam multa mandare. quibus si nihil aliud responderem
nisi me M. Bruto negare roganti noluisse, iusta esset excusatio, cum et
amicissimo et praestantissimo viro, et recta et honesta petenti satisfacere
141 voluissem. sed si profiterer – quod utinam possem! – me studiosis di-
cendi praecepta et quasi vias quae ad eloquentiam ferrent traditurum,
quis tandem id iustus rerum existimator reprehenderet? nam quis um-
quam dubitavit quin in re publica nostra primas eloquentia tenuerit
semper urbanis pacatisque rebus, secundas iuris scientia, cum in altera
gratiae gloriae praesidii plurimum esset, in altera persecutionum cau-
tionumque praeceptio, quae quidem ipsa auxilium ab eloquentia saepe
142 peteret, ea vero repugnante vix suas regiones finesque defenderet? cur
igitur ius civile docere semper pulchrum fuit hominumque clarissimorum
discipulis floruerunt domus: ad dicendum si quis acuat aut adiuvet in eo
iuventutem, vituperetur? nam si vitiosum est dicere ornate, pellatur om-
nino e civitate eloquentia; sin ea non modo eos ornat penes quos est, sed
etiam universam rem publicam, cur aut discere turpe est quod scire ho-
42 nestum est, aut quod nosse pulcherrimum est id non gloriosum est do-
143 cere? 'at alterum factitatum est, alterum novum.' fateor, sed utriusque
rei causa est. alteros enim respondentes audire sat erat, ut ii qui docerent
nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent, sed eodem tempore et
discentibus satisfacerent et consulentibus; alteri cum domesticum tem-
pus in cognoscendis componendisque causis, forense in agendis, relicum
in sese ipsis reficiendis omne consumerent, quem habebant instituendi
aut docendi locum? atque haud scio an plerique nostrorum oratorum in-

Codices: **L A μ** (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*); *sententia verborum* cur ... honestum est (17 – 18) *exprimitur in* **flor. Bern.** *f. 159*^{r}

1 de art. **AP^{2}BHSWT Bud.** art. **P^{1}L** (*etiam* **JV**) || 3 uoluisse **PHW** (*ut v.*) **T Bud.** | et *om.* **BNEQ** || 5 profiterer *Ern.* profitear **LS^{2}** *Δ Θ Φ* (*receperunt Kroll, Hubbell*) profiteatur **A** *Σ Ξ* **S^{1}J** || 5.6 dic. praecepta *trp.* **A^{1}** (*We. p. 161*) || 7 quis^{1} **LU^{2}** quid **A μ U^{1}J** qui **N** | tandem? id *Δ* | reprenderet **U** | umquam **AF** unquam **L** || 8 dubitabit **AJV** | quin **L** quod **AJ** || 9 altera parte **U** || 10 pers.] praescriptionum **π f** || 13 pulcrum **O^{1}HV** || 14 flor. domus *trp.* **AJV** || 15 uitiosi **BNQ** || 17 universam] iuuat euersam **A μ m** quae iuuat euersam **l** iuuat uniuersam *Θ* *Hdg.* in uniuersam **J** iuuat *in mg.* **T^{2}** (al.) || 18 nosse **LK^{2}** nosce **HNK^{1}** posse **AJ** | est docere **AWVT Bud.** est dicere **J** docere **L** *post. manus in* **B** dicere **B^{1}** || 19 nouum *om.* **F^{1}** || 20 respondentis **AF** | audire sat] audires sat **U^{2}K** (*ut v.*) **V** audires at **AU^{1}J** audire **Bud.** | ut **L** et ut **AJ** | ii **R Bud. π** hii **K** hi **L** *om.* **A μ J** | doceret **AJ** || 21 ipsi *om.* **A** | et **ABHWJT Bud. f** *om.* **L** || 22 discentibus **BK^{1}** discedentibus **N** discendentibus et **V** discentibus et **LK^{2}** discentibus ut **WT** discentibus id est studiosis ut **AUJ** | satis faceret **AJ** (*uno verbo*) || 23 forense in **LT^{1}** forensibus et **AUJT^{2}** (al.) | relicum **A** reliquum **L** || 24 sese **AUJ** se **L** | omne **L** *Θ Φ* omnem **A** *Σ Δ Ξ* **HJ Bud.** (*ut v.*) | inst.] statuendi **T^{2}** (al.) || 25 nostrorum **ABJEQVT^{2}** (al.) nostrum **LT^{1}** | ingenio] contra atque nos ingenio **A μ S**

genio plus valuerint quam doctrina; itaque illi dicere melius quam prae-
cipere, nos contra fortasse possumus. 'at dignitatem docere non habet.' 144
certe, si quasi in ludo; sed si monendo, si cohortando, si percontando, si
communicando, si interdum etiam una legendo audiendo, nescio cur non
docendo etiam aliquid aliquando ⟨si⟩ possis meliores facere, cur nolis. an
quibus verbis sacrorum alienatio fiat docere honestum est, ut est, quibus
ipsa sacra retineri defendique possint non honestum est? 'at ius profiten- 145
tur etiam qui nesciunt, eloquentiam autem illi ipsi qui consecuti sunt
tamen ea se valere dissimulant.' propterea quod prudentia hominibus
grata est, lingua suspecta. num igitur aut latere eloquentia potest aut id
quod dissimulat effugit aut est periculum, ne quis putet in magna arte
et gloriosa turpe esse docere alios id quod ipsi fuerit honestissimum disce-
re? ac fortasse ceteri tectiores; ego semper me didicisse prae me tuli. quid 146
enim? possem, cum et afuissem domo adulescens et horum studiorum
causa maria transissem et doctissimis hominibus referta domus esset et
aliquae fortasse inessent in sermone nostro doctrinarum notae, cumque
vulgo scripta nostra legerentur, dissimulare me didicisse? quid erat cur
⟨non⟩ probarer, nisi quod parum fortasse profeceram? quod cum ita sit, 48
tamen ea quae supra dicta sunt plus in disputando quam ea de quibus di-
cendum est dignitatis habuerunt. de verbis enim componendis et de sylla- 147
bis propemodum dinumerandis et demetiendis loquemur; quae etiamsi
sunt, sicuti mihi videntur, necessaria, tamen fiunt magnificentius quam

§ 146 (19) supra] *cf. ad § 140 p. 43,16* || *§ 147* (21) loquemur] *§§ 149–162 (vel 161)*

§ 145 (9–10 quod . . . suspecta) *Non. p. 400, 24–25* (SVSPICERE)

Codices: **L A** μ (= Σ Δ Θ Φ Ξ); prudentia . . . suspecta (9–10) *habet* **flor. Regin.** *ff. 39*^{v}*–40*^{r}

audivique nonnullos, quorum propemodum absolute concluderetur ora-
tio. quod qui non possunt, non est iis satis non contemni, laudari etiam
volunt. ego autem illos ipsos laudo, idque merito, quorum se isti imitato-
res esse dicunt, etsi in iis aliquid desidero, hos vero minime, qui nihil illo-
172 rum nisi vitium secuntur, cum a bonis absint longissime. quodsi aures

§ 171 (16–20) *Enn. Ann. 214; 216; 217 Vahlen²*

§ 171 (15–16 apud . . . agnovimus) *Rufin. gramm. VI 570, 14–17* || *§ 172* (25–*p. 59,* 11 quodsi . . . nesciunt) *Rufin. gramm. VI 570, 18–28*

Codices: **L** (*sed § 170 v.* 12 *desinit* **Bud.**; *ultimum vocabulum, quod post* nihil *est, legere nequeo, cf. praef. p. XII*) **A *μ*** (= ***Σ Δ Θ Φ Ξ***)

1 ea *om.* **AJ** || 2 boni **A** bonis **L** || 4 credo **LT¹** scio ***Θ*T²** (al.) uero **A*μ*** | ueteris **FBNSRQ** | si iam **LA*ΘΦ*** suam ***Σ*SR** sua ***ΔΞ*F¹J** || 5 omnis **LOª** (animis **P¹**) omnes **AH Bud.** || 6 Latine . . . *ῥυθμὸς del. Kayser* | rhythmos **P²** rhytmos **E** rythmos **AFO** rithmos ***Σ*BKQ** rithmo **S** rythimos **P¹HWT** rythymos **Bud.** rhitimos **J** rithimos ***μ*UNV** *ἀριθμός* **R** || 7 auris **LOª** aures **AKJE Bud.** || 8 si **L** cum si **A*μ*** tum si ***Ξ*ml** t(ame)n si **J** *ut v.* | numeri **AUHKWJVT Bud.** *om.* **L** || 9 locuntur **AP¹B** loquuntur **LP²** || 10 iure **ALP¹** usi **P²** (al.) iuncte **U** *in mg.* (*ut v.*) | sin ***Θ*** (*ut v.*) *γ* sint *deleta postr. litt.* **P** sint **LA*μ*** | probae res] probares **P¹** || 14 plerumque **PQV** | saepe **LA*μ*** saepe etiam ***Θ*HWT** suapte *Heerdegen 1903, 268 sq. et 1922, 9 cl. § 164* | naturae **P²** | apud . . . laudantur (15) *om.* **U¹** || 15 coinclusa **FOHWT** || 17 contemnente **AJ** || 19 eodem] eo ***μ*J** || 20 secuntur **AFUBE** sequuntur **L** || 21 absoluta **F¹** *ut v.* || 22 quod qui **L** qui quod **AJ** | iis **A*Θ*** is ***ΣΞ*J** eis **L** his ***Φ*** ei **NQ** id ***Δ*V** | satis *iter.* **A*ΣΔΞ*** || 23 uolunt *etiam* **P** *ut v.* | ego **LA*Ξ*** ergo ***μ*** | autem] enim ***μ*** | ipsos] ipse *Bake 1856, 69* || 24 iis **A** hiis ***Θ*KJ** his **L*μ*** || 25 secuntur **AFUBSE** sequuntur **L** | bonis **LU¹** nobis **AU²** (al.)

tam inhumanas tamque agrestes habent, ne doctissimorum quidem virorum eos movebit auctoritas? omitto Isocraten discipulosque eius Ephorum et Naucraten, quanquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimi summi ipsi oratores esse debebant. sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inveniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati est adversatus infensius? is igitur versum in oratione vetat esse, numerum iubet. eius auditor Theodectes – in primis, ut Aristoteles saepe significat, politus scriptor atque artifex – hoc idem et sentit et praecipit, Theophrastus vero iisdem de rebus etiam accuratius. quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino haec esse ab iis praecepta nesciunt. quod si ita est – nec vero aliter 173
existimo – quid, ipsi suis sensibus non moventur? nihilne iis inane videtur, nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans? in versu quidem theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut brevior aut longior; nec vero multitudo pedes novit nec ullos numeros tenet nec illud quod offendit aut cur aut in quo offendat intellegit; et tamen omnium longitudinum et brevitatum in sonis sicut acutarum graviumque vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.

Visne igitur, Brute, totum hunc locum accuratius etiam explicemus 52 174
quam illi ipsi qui et haec et alia nobis tradiderunt, an iis contenti esse quae ab illis dicta sunt possumus? sed quid quaero velisne, cum litteris tuis eruditissime scriptis te id vel maxime velle perspexerim? primum

§ 172 (6–7) *Aristot. rhet. 3, 8, 1–3 (1408 b 21–31)*

§ 172 (1–11 nesciunt) *Rufinus, v. supra* || (6–7 is ... iubet) *fort. resp. Mar. Vict. gramm. VI 113, 1–3*

Codices: **L** (*non iam* **Bud.**) **A** μ (= $\Sigma\, \Delta\, \Theta\, \Phi\, \Xi$)

1 ne] nec *codd. Rufini* || 2 mouerit **A** | isocratem **L** | ephorem U^1 euphorum **P** || 3 naucraten **A**F^2**PWET** -em **L** | quamquam **FP** || 4 loc. summi **A**μ**mlJ** *de* Σ *n. l.* loc. summique **L** locupletissimique *Rufin.* | debebant **A**U^2**BJEQ** *codd. Rufini* debeant **L**U^1 *lectio vulgata in Rufino de* **N** *n. l.* | sed] sed si *codd. Rufini* | omnium] hominum *Rufin.* || 5 quis acutior, quis *om.* **A**μ | quis[1] *om. Rufin.* | auctior **B** | vel[1]] uel in **PHT** | inveniundis *Rufin.* || 6 Isocrati est *trp.* **B** | est adv.] aduersus *codd. Rufini* | infensius **L**T^1 *Rufin.* inpensius **A** impensius **V**T^2 (al.) || 9 et[1] *om. Rufin.* | uero **AUJV** *Gell.* uero et **L** | iisdem **AOUBWJ** *Rufini cod. B* eisdem **PV** isdem **FHRT** hisdem **NSQV** hiisdem **K** iis *Rufini cod. A* || 10 probet A^1 (*We. p. 159*) **J** prebent **O** || 11 haec] non **AJ** | iis **A** *Rufin.* is Σ hiis Θ**K** his **L**$\Delta\,\Phi\,\Xi$ | nesciunt **LA** *in mg.* (l.) nesciant **V** nesciat A^1 (*v. We. p. 167*) μ | vero] esse γ || 12 quid **AJ** quia **L** | nihilne] nihil **AJ** | iis **A**Ξ eis **L** is **J** his $\Delta\,\Phi$ hiis Θ *de* Σ *n. l.* || 13 incunditum **PWT** | curtum **L**K^2 (al.) T^1 incultum **A**K^1**WJV**T^2 (al.) || 14 tota *om.* **P** | reclamant *Lamb.* || 16 quod **L** aut **A** | cur aut **L** curat ut **A** curat aut ε *Hdg.* | offendit intellegat **A** | intelligit **PBHSR JEQV** || 17 long. et breu. **A**U^2 longitudinem et breuitatem **L**U^1 breuitatem et longitudinem **BNSQ** || 18 conloc- **F** || 20 alia **AJ** illa **L** | iis π is **J** hiis Θ**K** his **LA**μ || 22 id uel **AL**$P^2O^v T^2$ (al.) illud P^1O^1**HW**T^1 id re **J** *ut v.*

ergo origo, deinde causa, post natura, tum ad extremum usus ipse explicetur orationis aptae atque numerosae.

Nam qui Isocraten maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus fe-
runt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. cum enim videret
oratores cum severitate audiri, poetas autem cum voluptate, tum dicitur
numeros secutus, quibus etiam in oratione uteretur, cum iocunditatis
175 causa tum ut varietas occurreret satietati. quod ab his vere quadam ex
parte, non totum dicitur. nam neminem in eo genere scientius versatum
Isocrate confitendum est, sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus,
cuius omnia nimis etiam extant scripta numerose. nam, ut paulo ante dixi,
paria paribus adiuncta et similiter definita itemque contrariis relata con-
traria, quae sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt plerunque numerose,
Gorgias primus invenit, sed iis est usus intemperantius. id autem est
176 genus, ut ante dictum est, ex tribus partibus collocationis alterum. horum
uterque Isocraten aetate praecurrit, ut eos ille moderatione, non inven-
tione vicerit. est enim ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior
sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis eius et his
festivitatibus – sic enim ipse censet – insolentius abutitur; quas Iso-
crates, cum tamen audivisset adulescens in Thessalia senem iam Gor-
giam, moderatius temperavit. quin etiam se ipse tantum quantum aetate
procedebat – prope enim centum confecit annos – relaxarat a nimia ne-
cessitate numerorum, quod declarat in eo libro quem ad Philippum Mace-

§ 174 (1–2) origo] *§§ 174–176*; causa] *§§ 177–178*; natura] *§§ 179–203*; usus] *§§ 204–226* (+ utilitas *227–236*) || *§ 175* (10) paulo ante] *§ 164* | (14) ante] *§ 149, cf. § 164* || *§ 176* (22–*p. 61*, 2) *Isocr. Philipp. 27–28*

§§ 174–176 (3–20 Nam qui . . . temperavit) *Rufin. gramm. VI 573, 27–574, 17*

Codices: **L** (*non iam* **Bud.**) **A** *μ* (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*)

1 ergo] igitur **UV** || 3 isocratem **L** | eius **L** *Rufin.* omnis **A** omnibus **J** eius ⟨orationibus⟩ *Lamb.* eo *Bake 1856, 69 sq.* || 4 primus **LF**^{2} primum **AJ** primu **F**^{1} | adiunxit **UK**^{1} || 5 autem **L A** *Δ Ξ* aut *Θ* enim *Σ* *de Φ n. l.* || 6 uteretur **A** *μ* uteremur **L** *Rufin.* | cum **L A** *Δ* tum *μ* | iocund- **ABHNSKJQV** iucund- **L** || 7 uarietas **A**^{1} *Σ*^{2} *Θ Ξ* **LK**^{2} uarietati (*sive* uarietatis*?*) **A** *ex corr. (We. p. 160)* uarietatis *Σ*^{1}**K**^{1} uarietate *Δ Φ non male* | his **L** *μ* *Rufin.* hiis *Θ* **K** iis **A** || 8 neminem *om. Rufin.* || 10 etiam *om. Rufin.* | numerose **AUS** (-ę) **RT**^{2} (al.) numerosa **LT**^{1} || 11 contrariis] contrarias **A**^{1} (*cf. praef. p. XI n. 1*) | relata] perlata *codd. Rufini* || 12 etiamsi] si *Rufin.* | plerumque **PQ** || 13 primus **L** primum **AJ** | iis **APWJT** *Rufini cod. A* hiis **HK** is *Σ Δ Θ* **FUSRV** his *Φ Ξ* *Rufini cod. B* id **BNQ** id is **E** | intemperatius **BN** (*om.* in-) **KQ** intemperandus **J** | id **AUJT**^{2} (al.) idem **LT**^{1} | autem] enim *μ* **J** || 14 horum] eorum *Rufin.* || 15 isocratem **L** || 16 fac. uerbis **AUHKWJVT** *om.* **L** || 17 autem] enim *μ* **J** | his] hiis **KJ** iis *Rufin.* || 19 cum tamen **L** *Rufin.* tamen cum **AJV** (*prob. Kraffert 1883*) | audisset **H** *Rufin.* | adol- **PHKJV** | ad. in t. **AJ** in t. ad. **L** || 20 mod. temp. **AJ** mod. etiam temp. **L** temperatius etiam moderauit **BNQ** || 21 procedebat **L** *Θ* praecedebat **A** *Σ Δ Ξ* **KRJ** *de Φ n. l.* | relaxarat **L** *Θ* relaxaret **A** *Σ Δ Ξ* **J** *de Φ n. l.* relaxabat *Kayser*

donem scripsit, cum iam admodum esset senex. in quo dicit sese minus iam servire numeris quam solitus esset. ita non modo superiores sed etiam se ipse correxerat.

Quoniam igitur habemus aptae orationis eos principes auctoresque 53 177 quos diximus et origo inventa est, causa quaeratur. quae sic aperta est, ut mirer veteres non esse commotos, praesertim cum, ut fit, fortuito saepe aliquid concluse apteque dicerent. quod cum animos hominum auresque pepulisset, ut intellegi posset id quod casus effudisset cecidisse iucunde, notandum certe genus atque ipsi sibi imitandi fuerunt. aures ipsae enim vel animus aurium nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem. itaque et longiora et breviora iudicat et per- 178 fecta ac moderata semper expectat: mutila sentit quaedam et quasi decurtata, quibus tanquam debito fraudetur offenditur, productiora alia et quasi immoderatius excurrentia, quae magis etiam aspernantur aures, quod cum in plerisque tum in hoc genere nimium quod est offendit vehementius quam id quod videtur parum. ut igitur poetae versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentium, sic in oratione animadversum est, multo illud quidem serius, sed eadem natura admonente, esse quosdam certos cursus conclusionesque verborum.

Quoniam igitur causam quoque ostendimus, naturam nunc – id enim 179 erat tertium – si placet explicemus; quae disputatio non huius instituti sermonis est, sed artis intimae. quaeri enim potest, qui sit orationis numerus et ubi sit positus et natus ex quo, et is unusne sit an duo an plures

§ 177 (**5**) diximus] *§§ 174–176* || *§ 178* (**15–16**) *cf. § 73*

§ 177 (**9–11** aures . . . mensionem) *Non. p. 491, 11–14* (MENSIONEM)

Codices: **L** (*non* **Bud.**) **A** *μ* (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*)

1 sese] se si **F**[1]**SEQV** se **K**[1] || 1.2 minus iam *trp.* **A**[1] (*We. p. 167*) || 3 correxerat **ALT**[1] correxit **JT**[2] (al.) *γ* || 5 dicimus **L** | et *om.* **AJ** || 6 ut[2]] id **P**[1]**HWT** || 7 apteque **AJV** aperteque **L** (*etiam* **U**) | aurisque **BNSREQ** || 8 pepulisset **AJV** perpulisset **L** perpulset **T** | intelligi **POUBHSJEQ** | id] sed id **AΣΔΞJ** si id **ΘΦ** | cecidisset **AUJ** || 9 iocunde **PBHRJEQV** || 9.10 aures ipsae enim *Friedrich cl. §§ 203 et 226, Brut. 34, Part. or. 18* aures enim **L** *Non.* ipse enim **A** *μ* **J** aures enim ipsae *Philippson 1936, 1338* || 10 naturalem **L** naturam **A** nostralem **B** || 11 mensione **A** mentionem **B** || 12 ac] et **UK** | mutila **FOUE** inutilia **PBHNSKRJQT** multa **AV** inutilia multa **W** | et quasi **L** quasi et **AJ** et quasi et **V** | decurtata **L** *Δ Θ* (*ut v.*) decurata **A** *Σ Φ Ξ* **J** || 13 tamquam **P** | alia **L** aliqua **AJ** *om.* **BNQ** || 14 excurrentia] et currentia **AΣJ** currentia *Θ* concurrentia *Δ Φ Ξ* ex concurrentia **N** || 15 quod[1] *om.* **AJV** | cum *om.* **P**[1] | tum in . . . uehementius **L** (in *om.* **V**) tum offendit hoc genere nimium quod est uehementius **AJ** *necnon* **U**, *qui tamen* in *ante* hoc *addit* || 16 poetae **A** *prob. Schmid 1959, 35 c. n. 2; cf. etiam supra § 67 p. 20, 19* poetica et **L** poeticae *Goeller* in poetica *Schuetz* *del. Jahn* || 17 oratione **AUWJQVT** -em **L** || 18 nat. admon. *trp.* **A**[1] (*We. p. 161*) || 21 quae] que **AV** quo **J** || 22 est *om.* **ΘΞO**[1]**J** | intum(a)e **FPOUHSRWEVTM** | queri **A** || 23 ex quo **AHJ** e quo **L** et quo **BNQ** | is *om.* **B**

quaque ratione componatur et ad quam rem, et quando et quo loco et
180 quemadmodum adhibitus aliquid voluptatis afferat. sed ut in plerisque
rebus sic in hac duplex est considerandi via, quarum altera est longior,
54 brevior altera, eadem etiam planior. est autem longioris prima illa quae-
stio, sitne omnino ulla numerosa oratio; quibusdam enim non videtur,
quia nihil insit in ea certi ut in versibus, et quod ipsi qui affirment esse eos
numeros rationem cur sint non queant reddere. deinde, si sit numerus in
oratione, qualis sit aut quales et e poeticisne numeris an ex alio genere
quodam; et, si e poeticis, quis eorum sit aut qui, namque aliis unus modo
aliis plures aliis omnes idem videntur. deinde, quicunque sunt sive unus
sive plures, communesne sint omni generi orationis – quoniam aliud ge-
nus est narrandi, aliud persuadendi, aliud docendi – an dispares numeri
cuique orationis generi accommodentur; si communes, qui sint; si dis-
pares, quid intersit et cur non aeque in oratione atque in versu numerus
181 appareat. deinde, quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numero
solum efficiatur an etiam vel compositione quadam vel genere verborum;
an sit suum cuiusque, ut numerus intervallis, compositio vocibus, genus
ipsum verborum quasi quaedam forma et lumen orationis appareat, sitque
omnium fons compositio ex eaque et numerus efficiatur et ea quae dicun-
tur orationis quasi formae et lumina, quae, ut dixi, Graeci vocant σχή-
182 ματα. at non est unum nec idem, quod voce iucundum est et quod
moderatione absolutum et quod inluminatum genere verborum; quan-
quam id quidem finitimum est numero, quia per se plerunque perfec-
tum est. compositio autem ab utroque differt, quae tota servit gravitati
vocum aut suavitati. haec igitur fere sunt, in quibus rei natura quae-
renda sit.

§ 181 (20) dixi] *§ 83*

Codices: **L** (*non* **Bud.**) **A** *μ* (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*)

1 ratione] oratione **AJ** | componantur **U** || 2 uoluptatis **L** *Θ* uoluptati *Σ* uoluptatibus **A** *Δ Φ Ξ* **J** | adferat **FU** | ut **ASJ** ut est **L** || 3 est^1 **AF^{2}UBHJQV** et **F^{1}PORET** est et **S** *om.* **W** *de* **NK** *n. l.* | consideranda **RJT^2** (al.) || 3.4 longior brevior *transponenda censet Primmer 1968, 60 c. n. 36* || 4 eadem] et eadem *μ* **HW JT** *om.* *Σ* | autem] enim *μ* **J** | longior **U** | questio **A** || 5 ulla **L** *Σ^2 Δ Ξ* nulla **A** *Σ^1 Θ Φ* **JV** || 6 et *om.* **AJ** | ipsi **L** illi **AJT^2** (al.) | adfirment **FU** affirmant **AJ** || 7 non queant] nequeant *Θ* || 8 sit] is sit **A** | quales et] qualis et **V** qualis est **AJ** | e poeticisne **LA** (*We. p. 167*) || 9 quodam . . . sit aut *om.* **P^1** | e *om.* **AJ** | qui namque] quinam · Quia **A** || 9–10 alis *ter* **F** | modo *om.* **B** || 10 omnes **L** *μ* omnis **A** *Σ* **NQ** | iidem **H** | deinde] denique **K^{1}V** | quicumque **P** || 11 omni **LA** *Δ* omnis *Σ Θ Φ* *deest Ξ* | generi orationis **U^{2}B** *π ε* genere orationis **LU^1** generis orationi **AJ** || 13 or. generi] generis orationis **A^1** (*v. We. l. c.*) | communes **B** *ut coni. Manutius* omnes **L** *Θ Φ Ξ* omnis **A** *Σ Δ* || 14 uersum **FSKRE** || 17 sit *Lamb.* est **LA** *μ* || 21 at **LK^1** an **AUK^{2}J** | iocundum **PU^{1}HNKJQV** | et **AJ** *om.* **L** || 22 inlum- **AFU** illum- **L** | quamquam **FP** quam **AJ** || 23 id . . . finitimum *om.* **AJ** | plerumque **FPQ**

Esse ergo in oratione numerum quendam non est difficile cognoscere. 55 183
iudicat enim sensus; in quo est iniquum quod accidit non agnoscere, si cur id accidat reperire nequeamus. neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit quid acciderit. ita notatio naturae et animadversio peperit artem. sed in versibus res est apertior, quanquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta esse videatur oratio, maximeque id in optimo quoque eorum poetarum qui λυρικοὶ a Graecis nominantur; quos cum cantu spoliaveris, nuda paene remanet oratio. quorum similia sunt quaedam etiam apud nostros, 184
velut illa in Thyeste:

'quemnam te esse dicam qui tarda in senectute'

et quae secuntur; quae, nisi cum tibicen accessit, orationis sunt solutae simillima. at comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti ut nonnumquam vix in eis numerus et versus intellegi possit. quo est ad inveniendum difficilior in oratione numerus quam in versibus. omnino duo sunt quae condiant orationem, verborum numerorumque 185
iucunditas. in verbis inest quasi materia quaedam, in numero autem expolitio. sed, ut ceteris in rebus, necessitatis inventa antiquiora sunt quam voluptatis. itaque et Herodotus et eadem superiorque aetas numero 186
caruit nisi quando temere ac fortuito, et scriptores perveteres de numero

§§ 183–184 (**5–13**) *Enn. Thyestes CLI Jocelyn (v. 300) = IV Klotz = 298 Ribbeck*^{3}

§ 186 (**19–20** itaque . . . fortuito) *resp. Quint. 9, 4, 16*

Codices: **L** (*non* **Bud.**) **A** μ (= $\Sigma\,\Delta\,\Theta\,\Phi\,\Xi$)

2 indicat **P** | est iniquum **AJ** *trp.* **L** | iniquum **ALK**^{2} (al.) inicum **F** inicium **PB** initium **NRQ** iniectum **K**^{1} alius iniquum aliter vicium *post. manus in* **B** *mg.* | agnoscere] cognoscere $\Delta\,\Theta$ **UN** || **3** accidat **A** $\Delta\,\Theta\,\Xi^2$**JT**^{2} (al.) **f** accidit **LT**^{1} $\Sigma\,\Xi^1$ *de* Φ *n. l.* || **4** dimensa ratio] dimensuratio $\Delta\,\Phi$**J** (*ut coni. Stangl in app.*) demensuratio Ξ | accideret *Madvig 1884, 99* || **6** cantuque **P**^{2} | remoto **AK**^{1}**JV** remota **LK**^{2} || **7** uideatur **LA** (*cf. Yon p. 151*) videtur *Wesenberg 1841, 10 et Sa. et Jocelyn (ed. fr. 1967) p. 134* || **8** quos] eos **AJ** || **9** nostros] illos **AJ** || **10** illa **AJ** (*def. Jocelyn p. 422*) ille **L** || **11** te esse *trp.* **J** | qui **AUK**^{1} (*ut v.*) **J** quin **LK**^{2} que **E** | senectute *bene def. Jocelyn (v. supra) p. 422* senecta *Bothe (ed. fr. 1834) ad loc.* || **12** secuntur **APUBHWJVT** sequuntur **L** | orationi **BNSQ** || **14** adiecti **AJ** | nonnunquam **L** | eis **A** μ **UJV** hiis **K** his **L** illis **H** | intellegi **AFR** -ligi **L** || **15** quo] quod **A** μ **lUJV** | quo . . . versibus *om.* **m**, *secl. Stangl* || **16** condiant **L** Σ $\Delta^2\,\Theta$ condant **A** $\Delta^1\,\Phi\,\Xi$ **J** || **17** iocund- **BHSJEQV** | qu(a)edam **L** μ quadam **A** *de* Φ *n. l.* | numeris **B** | autem] enim μ **J** etiam **S** || **19** *post* uoluptatis *add. haec in textu* Θ **K** γ, *in mg.* **T**: ita et in hac re accidit ut multis saeculis ante oratio nuda ac rudis ad solos animorum (numerorum **K**) sensus exprimendos fuerit reperta quam ratio numerorum causa delectationis aurium excogitata (*de quibus verbis, quae usque ad* quam *in textum recepit Sa., v. Yon p. 151*) | itaque **LA** ita Δ *ut scr. Hdg. (cf. eius p. XIII)* | et^1 *om.* **BNQ** || **20** caruit] placuit **AJ** | quando **LT**^{1} quandam **A** quondam **J** quodam modo **T**^{2} (al.)

nihil omnino, de oratione praecepta multa nobis reliquerunt. nam quod
56 et facilius est et magis necessarium, id semper ante cognoscitur. itaque translata aut facta aut iuncta verba facile sunt cognita, quia sumebantur e consuetudine cotidianoque sermone; numerus autem non †modo† depromebatur neque habebat aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione. itaque serius aliquando notatus et cognitus quasi quandam
187 palaestram et extrema liniamenta orationi attulit. quodsi et angusta quaedam atque concisa et alia est dilatata et diffusa oratio, necesse est id non litterarum accidere natura, sed intervallorum longorum et brevium varietate; quibus implicata atque permixta oratio quoniam tum stabilis est tum volubilis, necesse est eiusmodi naturam numeris contineri. nam circumitus ille, quem saepe iam diximus, incitatior numero ipso fertur et labitur, quoad perveniat ad finem et insistat.

Perspicuum est igitur numeris astrictam orationem esse debere, carere
188 versibus. sed hi numeri poeticine sint an ex alio genere quodam, deinceps est videndum. nullus est igitur numerus extra poeticos, propterea quod definita sunt genera numerorum. nam omnis talis est ut unus sit e tribus; pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut aequalem esse alteri parti aut altero tanto aut sesqui esse maiorem. ita fit aequalis dactylus, duplex iambus, sesqui⟨plex⟩ paean;

§ 187 (12) diximus] *§ 78* (circuitus, conglutinatio), *§ 85* (continuatio, complexio), *§ 149* (orbis, comprehensio), *§ 169 et § 178* (conclusio)

§ 187 (14 perspicuum . . . debere) *respicere vid. Quint. 9, 4, 53*

Codices: **L** (*non* **Bud.**) **A μ** (= **Σ Δ Θ Φ Ξ**); 1–2 quod . . . cognoscitur *habet* **flor. Bern.** *f. 159*^{r}

2 et^{2} *om.* **EV flor. Bern.** | semper] semel **AμJ** solum **Δ** || 3 tralata **FS(V)** | iuncta] coniuncta **AJ** (*ut v.*) inuecta **U** || 3.4 sumebantur e] summadantur **AJ** || 4 cotid- **AFUSV** quotid- **L** | modo **LA** eo modo *Hdg. in app.* domo *Victorius s. XVI et edd. post Lambinum* || 6 quandam **LAΣ** quaedam **μNJQ** || 7 palaestram et **L** (et *om.* **N**) palestra *et ss.* est et **A** (*We. p. 159 sq.*) | lineamenta **A**^{1} (*We. p. 168*) | quod si et **AP**^{1}**O**^{1}**HWT** quod et si **BRJQ** quo et si **E** quod et si et **FP**^{2}**O**^{v}**US** quo det si et **V** quodsi est et π *de* **NK** *n. l.* || 8 concisa **LΔΘΞ** concessa **AΣJ** *de* **Φ** *n. l.* | est^{1} **AHWJVT** *om.* **L** | dilatata **AU**^{2}**J** collatata **F** (conl-) **O**^{v}**U**^{1} (conl-) **BSEV** collocata **NQ** collata **PO**^{1}**HKRWTM** colligata *Bake 1856, 71* | difusa **U**^{1} fusa **AU**^{2}**J** *Bake l. c.* || 9 accidere **Σ** (*ut edd. post Romanam 1469*) acciderituu **Θ** *ut v.* accedere **LO**^{v}**M** accredere **O**^{1} accipere **AΔΦΞJ** | natura **AJV** natur(a)e **L** | longiorum **AJ** || 10 quibus] et quibus **AΣ** ex quibus **ΔΘΞJ** e quibus **Φ** quis **S**^{1} | implicita **HJ** | permixta **LΘ** permista **O** permissa **AμJ** || 11 *ante* naturam *add.* ut **AJ** || 12 circumitus **AFOUS** circuitus **L** || 15 hi **ΣΔΦJV** *edd.* hii **ΘΞ** ii **AS** ei **L** || 16 vid.] dicendum **BNQ** || 17 est *om.* **B** || 18 in tria **L** ita **U** *om.* **AJ** || 19 sesqui **PUBST**^{2} (al.) **M** sesque **FOHK**(2)**RWET**^{1} sexque **V** seseque **NQ** se sesqui **A** *ex corr. (We. p. 159)* se sesequi **A**^{1}**J** sese sequi **μ** sese sequente **ΘT**^{3} *in mg.* (al.) l' toto et semis *post. manus in* **P** *mg.* || 20 sesquiplex *edd. post Ascensianam* sesqui **L** sesque **H** seque **N** sexqui **QVT**^{2} (al.) sequens **AWJT**^{1}

qui pedes in orationem non cadere qui possunt? quibus ordine locatis
quod efficitur, numerosum sit necesse est. sed quaeritur quo numero aut 189
quibus potissimum sit utendum. incidere vero omnis in orationem etiam
ex hoc intellegi potest, quod versus saepe in oratione per imprudentiam
dicimus. est id vehementer vitiosum, sed non attendimus neque exaudimus nosmet ipsos. senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus; magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. sed tamen eos versus facile agnoscit auditor, sunt enim usitatissimi; inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitatos, sed tamen versus — vitiosum
genus et longa animi provisione fugiendum. elegit ex multis Isocratis 190
libris triginta fortasse versus Hieronymus Peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios sed etiam anapaesta; quo quid potest esse turpius? etsi in legendo fecit malitiose: prima enim syllaba dempta ex primo verbo sententiae postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis sententiae. ita factus est anapaestus is qui Aristophaneus nominatur; quod ne accidat observari nec potest nec necesse est. sed tamen hic corrector in eo ipso loco quo reprehendit, ut a me animadversum est studiose inquirente in eum, immittit imprudens ipse senarium! sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros eosdemque esse oratorios qui sint poetici.

Sequitur ergo ut qui maxime cadant in orationem aptam numeri viden- 57 191
dum sit. sunt enim qui iambicum putent, quod sit orationis simillimus; qua de causa fieri, ut is potissimum propter similitudinem veritatis ad-

§ 191 (22) *cf. Aristot. rhet. 3, 1, 9 (1404 a 31–33) et 3, 8, 4 (1408 b 34–35)*

§ 189 (4–5 quod ... dicimus) *resp. Mar. Vict. gramm. VI 113, 3–4*

Codices: **L** (*non* **Bud.**) **A μ** (= **Σ Δ Θ Φ Ξ**)

3 omnis **ALO**^{a} omnes **V** || 4 intellegi **AFW** -ligi **L** || 5 est id ueh. **AJ** quod ueh. est **L** || 6 hipponacteos **UBNSREQV** -aeos **L** (*fere*) -a eos **O**^{2} (al.) -eon **AμJ** | effugire **F** || 7 magna enim parte **P**^{2}**BHK**^{2}**WT** || 8 agnoscit **AΔΦΞFUB RJEQ** cognoscit **ΣΘPOHSWVTMf** *de* **NK** *n. l.* '*fortasse* ignoscit' *Hdg. in app.* | auditor **L μ A** *ex corr.* orator **A**^{1} (*We. p. 161*) | autem] enim **μ** enim et **J** tamen **K** || 10 eligit **ASJV** | isocratis **Lμ** -ti **AΣFOUSRV** (ins-) || 12 senarios **L A** *in mg.* **Δ Θ Ξ** senatores **A**^{1}**Σ** (*We. p. 162*) *de* **Φ** *n. l.* | anap(a)esta **LT**^{1} *def. Kroll (cl. Tusc. 3, 57) et Seel* anapestas **K** anapestes **B** anapesti **A**^{1}**μJ** anapesticos **Θ T**^{2} (al.) **γ** anapaestos **f**^{2} anapte **A** *mg.* (*We. l. c.*) || 13 in legendo **AP**^{1} in elegendo **V** in eligendo **LP**^{2} **M** religendo **W** | fecit **LA** facit **μ** fecerit **BNQ** | ex **AJT**^{2} (al.) in **LT**^{1} || 14 postremum **LΣΔΞ** postremo **AΘJ** *de* **Φ** *n. l.* | rusus **F** uersus **BK** | insequentis **LT**^{1} -tem **AJT**^{2} (al.) || 15 sententiae **AUJ** *om.* **L** | ita **AUJ** itaque **L** | nominatur] appellatur **BNQ** || 17 correptor **BNQV** | reprehendit ut] reprehenditur **AJ** | animaduersus **J** animum aduersus **A** || 18 studio se **V** | inquirente **AJ** inquirenti **L** || 19 eosdemque] eosdem **U** eos denique **POHSKWT** || 20 oratoris **B** | sint] sunt **OBJQV** | poeticis **A**^{1} (*v. We. p. 168*) || 22 sit **AP**^{2}**UBHSKWVT** *om.* **FP**^{1}**ONRJEQ** | sunt **ASJE** et sunt **L** | iambicum] ambiguum **AJ** | orationis **AV** orationi **L** oratori **PHWTM** || 23 fieri ut is **L** ratione **AJ** | ueritatis **LK**^{2} (al.) **T** *ex corr.* uarietatis **K**^{1}**T**^{1} *om.* **AμJ**

hibeatur in fabulis, quod ille dactylicus numerus ⟨h⟩exametrorum ma-
gniloquentiae sit accommodatior. Ephorus autem, levis ipse orator sed
profectus ex optima disciplina, paeana sequitur aut dactylum, fugit au-
tem spondeum et trochaeum. quod enim paean habeat tris brevis, dacty-
lus autem duas, brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba pro-
clivius, contraque accidere in spondeo et trochaeo: quod alter e longis con-
staret, alter e brevibus fieret, ⟨fieri⟩ alteram nimis incitatam, alteram
192 nimis tardam orationem, neutram temperatam. sed et illi priores errant et
Ephorus in culpa est. nam et qui paeana praetereunt non vident mollissi-
mum a sese numerum eundemque amplissimum praeteriri. quod longe
Aristoteli videtur secus, qui iudicat heroum numerum grandiorem quam
desideret soluta oratio, iambum autem nimis e vulgari esse sermone. ita
neque humilem et abiectam orationem nec nimis altam et exaggeratam
probat, plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos qui audient ad
193 maiorem admirationem possit traducere. trochaeum autem, qui est
eodem spatio quo choreus, cordacem appellat, quia contractio et brevitas
dignitatem non habeat. ita paeana probat eoque ait uti omnes, sed ipsos
non sentire cum utantur. esse autem tertium ac medium inter illos, et ita
factos eos pedes esse, ut in eis singulis modus insit aut sesquiplex aut du-
plex aut par. itaque illi de quibus ante dixi tantummodo commoditatis
194 habuerunt rationem, nullam dignitatis. iambus enim et dactylus in ver-
sum cadunt maxime; itaque ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt
evitandi continuati pedes; aliud enim quiddam est oratio nec quicquam
inimicius quam illa versibus; paean autem minime est aptus ad versum,

§§ 192–193 (**10–20**) *Aristot. rhet. 3, 8, 4–5 (1408 b 32 – 1409 a 8)* || *§ 193* (**15–16**) *Aristot. rhet. 3, 8, 4 (1408 b 36 κορδακικώτερος)* | (**20**) ante] *§ 191* || *§ 194* (**23**) *Aristot. rhet. 3, 1, 9 (1404 a 28–29)*

§ 191 (**1–2** quod ille . . . accommodatior) *Non. p. 142, 7–9* (MAGNILOQVENTIA)

Codices: **L** (*non* **Bud.**) *atque etiam* **A** ***μ*** (= ***Σ Δ Θ Φ Ξ***) *usque ad vocabulum* enim (**4**), *post quod hi codices statim pergunt* -per uersetur (*§ 231 p. 79, 3*): *ergo circiter 15 paginarum lacuna, quae tamen nullo modo in codicibus indicata est (cf. praef. p. XI)*

1 quod **LA** *Non.* cum *Ern.* | -licus **ALO**^{v}**M** -lus **O**^{1}**HQV** *Non.* | exam- **LA** | **2** commodatior **A** | autem] enim ***μ*** | levis] lenis **PO**^{2} (al.) **UBHJVT** (*ut v.*) letus **S** | sed **L** (*def. Norcio p. 84*) et **AV** (*def. Ammon 1914, 459*) || **3** autem] enim ***μ*** etiam ***Θ*** || **4** quod] quo **A*μ*** qui ***Θ*** | paean . . . in eodem sem- (*p. 79, 3*) *desunt in* **A** *ceterisque codd. mutilis* | paean] peana **O**^{1} pean **O**^{v} | breues **POUHKWQT** || **6** constaret **L** constet *Ern., edd.* || **7** fieret ⟨fieri⟩ *We.* fieret **L** fieri *Ern., edd.* constaret **V** || **8** orationem *om.* **NQ** || **9** est *om.* **U** | et *del. Manutius* (ei *Jahn*) || **10–11** eundemque . . . numerum *om.* **NQ** || **13** et^{1} *Lamb.* nec **L** neque **UBNKQ** | obiectam **U** || **14** eam vult *trp.* **BNSQ** eam *om.* **K** || **15** ammir- **POHWT** || **16** corducem **WT** cordocem **S** || **17** p(a)eana **L** pe*na *fere* **O**^{1} peana **O**^{v} | omnis **V** || **18** et *Sauppe ap. Jahn* sed **L** || **19** eis (**L**) *Ernestio suspectum* | sexquiplex **HNSJEQT** || **22** hi **L** hii **P**^{1}**K** ii **P**^{2} || **23** quiquam **E** || **24** inimicius] ini minus **H** inimicitius **U**^{1}**BNQ** inimicicius **OR** iminicius **J**

quo libentius eum recepit oratio. Ephorus vero ne spondeum quidem,
quem fugit, intellegit esse aequalem dactylo, quem probat. syllabis enim
metiendos pedes, non intervallis existimat; quod idem facit in trochaeo,
qui temporibus et intervallis est par iambo, sed eo vitios[i]us in oratione,
si ponatur extremus, quod verba melius in syllabas longiores cadant. at-
que haec, quae sunt apud Aristotelem, eadem a Theophrasto Theodecte-
que de paeane dicuntur. ego autem sentio omnis in oratione esse quasi per- 195
mixtos et confusos pedes. nec enim effugere possemus animadversionem,
si semper iisdem uteremur, quia nec numerosa esse, ut poema, neque ex-
tra numerum, ut sermo vulgi est, debet oratio. alterum nimis est vinctum,
ut de industria factum appareat, alterum nimis dissolutum, ut pervaga-
tum ac vulgare videatur; ut ab altero non delectere, alterum oderis. sit 196
igitur, ut supra dixi, permixta et temperata numeris nec dissoluta nec
tota numerosa, paeane maxime, quoniam optimus auctor ita censet, sed
reliquis etiam numeris, quos ille praeterit, temperata.

Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram misceri oporteat, 58
nunc dicendum est, atque etiam quibus orationis generibus sint quique
accommodatissimi. iambus enim frequentissimus est in iis quae demisso
atque humili sermone dicuntur, paean autem in amplioribus, in utroque 197
dactylus. ita⟨que⟩ in varia et perpetua oratione hi sunt inter se miscendi
et temperandi. sic minime animadvertetur delectationis aucupium et
quadrandae orationis industria; quae latebit eo magis, si et verborum et
sententiarum ponderibus utemur. nam qui audiunt haec duo animadver-
tunt et iucunda sibi censent, verba dico et sententias, eaque dum animis
attentis admirantes excipiunt, fugit eos et praetervolat numerus; qui
tamen si abesset, illa ipsa delectarent minus. nec vero is cursus est nume- 198

§ 194 (**6**) apud Aristotelem] *v. ad §§ 192–193, p. 66, 10–20* || *§ 196* (**13**) supra] *§ 187 extr., cf. § 195* | (**14**) optimus auctor, *i. e. Aristoteles, cf. ad v.* **6**

§ 196 sq. (**18–21** iambus . . . temperandi) *Rufin. gramm. VI 577, 17–20*

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

1 recipit **OBHSRJEQT** *de* **NK** *n. l.* | vero *om.* **B** || **2** fugit **U²S²** (al.) *π* fecit **LU¹S¹** | intelligit **PBHJEQ** || **4** uitiosus **P¹J** *ut coni. Manutius* uitiosius **LP²O²** uitiosum **O¹** || **5** cadant *Sabbadini 1916, 20 (sententia Ephori, non Ciceronis, cf. §§ 214 in. et 217 ex. et 218 in.)* cadunt **L** || **6** theodoc- **OUHSWT** || **7** omnis **LOᵃ** omnes **PK** || **9** isdem **FP¹USW(J)T** hisdem **E** | poemata *manus post. in* **P** || **10** est¹ *bene se habet del. Stangl* esse *edd. post Romanam 1469* | uinctum **BSK²** (*ut v.*) **E** (*ut v.*) iunctum **L** (*sive certum sive probab.; etiam* **FU** *ut vid.*) || **11** ut²] et **U** | peruulgatum **E** || **12** ac] aut **BNSQ** | [ab] altero*?* || **14** paene **FU** | auctor ita **FUBSRV** autorita *et sp. 7 litt.* **O¹** auctori ita **NEQ** auctoritate **O²** (al.; autor-) **HWJT** aucturitate **P** *de* **K** *n. l.* | sed] et **U** || **18** iis *Rufin.* hiis **K** his **L** || **20** itaque *ε Rufin.* ita **L** | hi] ii **P²** | inter se m.] intermiscendi **P¹OHWJQ¹T** || **22** quae] qua **U** || **24** iocunda **BHSJEQV** | ea quae **P** || **25** ammir- **POH(W)J** || **26** delectarent . . . vero *Hdg.* delectarent nec uero minus **L** | is] si **BNQ**

rorum — orationis dico, nam est longe aliter in versibus — nihil ut fiat
extra modum; nam id quidem esset poema; sed omnis nec claudicans nec
quasi fluctuans et aequaliter constanterque ingrediens numerosa habetur
oratio. atque id in dicendo numerosum putatur, non quod totum constat
e numeris, sed quod ad numeros proxime accedit; quo etiam difficilius
est oratione uti quam versibus, quod in illis certa quaedam et definita lex
est, quam sequi sit necesse, in dicendo autem nihil est propositum, nisi ut
ne immoderata aut angusta aut dissoluta aut ⟨dif⟩fluens sit oratio. ita-
que non sunt in ea tanquam tibicini⟨i⟩ percussionum modi, sed universa
comprehensio et species orationis clausa et terminata est, quod voluptate
aurium iudicatur.

59 199 Solet autem quaeri totone in ambitu verborum numeri tenendi sint an
in primis partibus atque in extremis; plerique enim censent cadere tan-
tum numerose oportere terminarique sententiam. est autem ut id ma-
xime deceat, non ut solum; ponendus est enim ille ambitus, non abicien-
dus. quare cum aures extremum semper expectent in eoque adquiescant,
id vacare numero non oportet, sed ad hunc exitum iam a principio ferri
debet verborum illa comprehensio et tota a capite ita fluere, ut ad extre-
200 mum veniens ipsa consistat. id autem bona disciplina exercitatis, qui et
multa scripserint et quaecunque etiam sine scripto dicerent similia scrip-
torum effecerint, non erit difficillimum. ante enim circumscribitur mente
sententia confestimque verba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil
est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat; quorum
discriptus ordo alias alia terminatione concluditur. atque omnia illa et
201 prima et media verba spectare debent ad ultimum. interdum enim cur-
sus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio, ut iam a prin-
cipio videndum sit quemadmodum velis venire ad extremum. nec in nu-
meris magis quam in reliquis ornamentis orationis, eadem cum faciamus
quae poetae, effugimus tamen in oratione poematis similitudinem. est
enim in utroque et materia et tractatio: materia in verbis, tractatio in
60 collocatione verborum. ternae autem sunt utriusque partes; verborum:
translatum, novum, priscum — nam de propriis nihil hoc loco dicimus —,

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

3 et] sed *Bake 1856, 73* | aequabiliter *Schuetz* || **7** est^2 *om.* **NQ** || **7.8** ut ne **BQ** (*ut coni. Schuetz*) aut ne **L** ne aut **R** *de* **N** *n. l.* || **8** aut^1] atque **BNQ** | aut diffluens *Rs. cl. § 233, Brut. 274* aut fluens **L** ac fluens *Hdg.* || **9** tibicinii *Orelli* tibicini **L** (-ceni **E**) tibicinis **πf** || **10** comprensio **FUB** || **12** autem] enim **H** *om.* **E** | in *om.* **BNQ** || **13** in^2 *om.* **BNQ** || **15** ut *Bake l. c.* id **L** || **16** acqui- **OBKRQ** || **17** iam *post Ernestium Hdg. (cf. v. 26)* tam **FP^{1}O^{1}BSKRJEQ** tamen **P^{2}O^2** (al.) **UHWT Mf** tantum **V** *om.* **N ε** || **18** comprensio **U** || **20** scripserunt **U^{1}BNSQ** | quaecumque **P** | etiam] et **U** || **24** discriptus **FPOW** *bene def. Laughton 1964, 49 sq.* descriptus **L** || **25** verba] illa **P^1** || **26** immoderata **B** || **28–29** facimus ... fugimus (*i. e. vitamus*) *Bake 1856, 74* || **31** conloca- **F** | ternae] tertiae **P^{1}HJ** terme **NEQ** || **32** tralatum **FSV**

collocationis autem eae quas diximus: compositio, concinnitas, numerus.
sed in utroque frequentiores sunt et liberiores poetae; nam et transferunt 202
verba cum crebrius tum etiam audacius et priscis libentius utuntur et
liberius novis. quod idem fit in numeris, in quibus quasi necessitati parere
coguntur. sed tamen haec nec nimis esse diversa neque ⟨n⟩ullo modo con-
iuncta intelligi licet. ita fit ut non item in oratione ut in versu numerus
extet idque quod numerosum in oratione dicitur non semper numero fiat,
sed nonnunquam aut concinnitate aut constructione verborum.

Ita, si numerus orationis quaeritur qui sit, omnis est, sed alius alio 203
melior atque aptior; si locus, in omni parte verborum; si unde ortus sit,
ex aurium voluptate; si componendorum ratio, dicetur alio loco, quia
pertinet ad usum, quae pars quarta et extrema nobis in dividendo fuit;
si ad quam rem adhibeatur, ad delectationem; si quando, semper; si
quo loco, in tota continuatione verborum; si quae res efficiat voluptatem,
eadem quae in versibus, quorum modum notat ars, sed aures ipsae tacito
cum sensu[m] sine arte definiunt.

Satis multa de natura. sequitur usus, de quo est accuratius disputan- 61
dum. in quo quaesitum est in totone circuitu illo orationis, quem Graeci 204
περίοδον, nos tum ambitum tum circuitum tum comprehensionem aut
continuationem aut circumscriptionem dicimus, an in principiis solum an
in extremis an in utraque parte numerus tenendus sit; deinde, cum aliud
videatur esse numerus aliud numerosum, quid intersit. tum autem in 205
omnibusne numeris aequaliter particulas deceat incidere an facere alias
breviores alias longiores, idque quando aut cur; quibusque partibus,
pluribusne an singulis, imparibus an aequalibus, et quando aut istis aut
illis sit utendum; quaeque inter se aptissime collocentur et quo modo, an
omnino nulla sit in eo genere distinctio; quodque ad rem maxime perti-
net, qua ratione numerosa fiat oratio. explicandum etiam est, unde orta 206

§ 201 (**1**) diximus] *§ 149 et §§ 164–167* || *§ 203* (**11**) dicetur alio loco] *§§ 204–226*

§ 203 (**10** si locus ... verborum) *respicere vid. Quint. 9, 4, 53* || *§ 203* (**13** si quando, semper) *respicere vid. Quint. 9, 4, 53* || *§ 204* (**18–20** quem ... dicimus) *resp. Quint. 9, 4, 124 (et Diom. gramm. I 465, 24–26)*

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

1 collocationes **L** *emend. Manutius* || **2** sunt et] sunt, in altero *Rs.* || **3–4** audacius ... quod *om.* **BNQ** || **4** ⟨non⟩ fit *Ammon 1919, 50 sq., Rs., Hubbell* || **5** nec **LO**^{v} ne **BNQ** non **O**^{1}**J** *Bake 1856, 74* [nec] *Seel (prob. Simon 1955 cl. De leg. 1, 27)* | nullo *Goeller* ullo **L**, *Seel* || **6** intellegi **FOWT** || **8** nonnumquam **F** || **9** alius] omnis **U**^{1} || **15** eadem quae] eademque **HSKRWJEVT** | tacito **FO**^{1}**UBNSREQV** tam cito **P** (*in ras.*) **O**^{2} (al.) **HWT** tacite **P**^{1} *sec. Rs. (ipse non video)* tanto **J** *de* **K** *n. l.* || **16** sensu **π M**^{2} sensum **L** || **18** circumitu **O** | illo ... circuitum (**19**) *om.* **B** || **19** circumitum **POUWT** | comprensionem **F** *Quint.* || **24** breuioris alias longioris **FSKREV** | quibusue **U**^{2} || **25** imparibus] in paribus **BSKREV** || **25.26** illis aut istis **BNQ** his aut illis *Lamb. (in mg.)* || **26** conlocentur **FU** | quo modo] quando **BNQ**

sit forma verborum dicendumque quantos circuitus facere deceat deque eorum particulis et tanquam incisionibus disserendum est quaerendumque utrum una species et longitudo sit earum anne plures et, si plures, quo loco aut quando quoque genere uti oporteat. postremo totius generis utilitas explicanda est, quae quidem patet latius; non ad unam enim rem aliquam sed ad plures accommodatur.

207 Ac licet non ad singulas res respondentem de universo genere sic dicere ut etiam singulis satis responsum esse videatur. remotis igitur reliquis generibus unum selegimus hoc quod in causis foroque versatur, de quo diceremus. ergo in aliis, id est in historia et in eo quod appellamus ἐπιδεικτικόν, placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio,
208 quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis. itaque posteaquam est nata haec vel circumscriptio vel comprehensio vel continuatio vel ambitus, si ita licet dicere, nemo qui aliquo esset in numero scripsit orationem generis eius, quod esset ad delectationem comparatum remotumque a iudiciis forensique certamine, quin redigeret omnis fere in quadrum numerumque sententias. nam cum is est auditor, qui non vereatur ne compositae orationis insidiis sua fides attemptetur, gratiam
62 209 quoque habet oratori voluptati aurium servienti. genus autem hoc orationis neque totum assumendum est ad causas forenses neque omnino repudiandum. si enim semper utare, cum satietatem affert tum quale sit etiam ab imperitis agnoscitur; detrahit praeterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem et fidem.

Sed quoniam adhibenda nonnunquam est, primum videndum est quo
210 loco, deinde quam diu retinenda sit, tum quot modis commutanda. adhibenda est igitur numerosa oratio, si aut laudandum est aliquid ornatius, ut nos in Accusationis secundo de Siciliae laude diximus aut in senatu de consulatu meo, aut exponenda narratio quae plus dignitatis desiderat

§ 206 (5) utilitas explicanda] *§§ 227–236* || *§ 210* (28) *Cic. In Verr. 2,2,2–7* | (29) de consulatu] *testim. de Ciceronis or. XIII p. 438 Schoell; cf. Puccioni (ed. fr. 1972) p. 87*

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

1 forma] fortuna **NQ** | circumitus **O** || 2 particulis **LS²T²** (al.) partibus **HS¹WT¹** | tamquam **F** || 3 earum] ipsarum **BNQ** || 5 ad unam enim] enim ad unam **U** || 7 singulas res] singula *Bake 1856, 74, quod receperunt complures edd.* || 12 inclusa] conclusa **UN** || 14 comprensio **F** || 16 generis eius *om.* **U¹** || 17 omnis **LOª** omnes **E** || 19 adtemptetur **FS** attentetur **BNKR¹QV** adt- **R²** || 19. 20 habet gr. quoque **U** || 20 seruientis **F¹** || 21 adsum- **FUSQ** || 22 adfert **U** || 23 cognoscitur **U¹** || 24 actoris **L** auctoris **P** auditoris *Hdg.* || 25 *forma* adhibenda, *quae ad* genus (20) *non quadrat, spectare iam videtur ad vocab.* oratio *v.* 27 | nonnumquam **F** non umquam **H(T)** nūquam **J** || 27 aut] haud **PJ** *om.* **F¹** || 28 aut] ut ε (*quod prob. Hdg., Stangl*) || 29 meo *Heerdegenio suspectum* | desideret *Ern.*

quam doloris, ut in quarto Accusationis de Hennensi Cerere, de Segestana Diana, de Syracusarum situ diximus. saepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose et volubiliter oratio. id nos fortasse non perfecimus, conati quidem saepissime sumus; quod plurimis locis perorationes nostrae voluisse nos atque animo contendisse declarant. id autem tum valet, cum is qui audit ab oratore iam obsessus est ac tenetur: non enim id agit ut insidietur et observet, sed iam favet processumque volt dicendique vim admirans non anquirit quid ⟨re⟩prehendat.

Haec autem forma retinenda non diu est, nec dico in peroratione, quam 211 †ipse† includit, sed in orationis reliquis partibus. nam cum sis iis locis usus, quibus ostendi licere[t], transferenda tota dictio est ad illa quae nescio cur, cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte 'incisa' et 'membra' dicamus. neque enim esse possunt rebus ignotis nota nomina, sed cum verba aut suavitatis aut inopiae causa transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus ut, cum id appellandum sit quod propter rerum ignorationem ipsarum nullum habuerit ante nomen, necessitas cogat aut novum facere verbum aut a simili mutuari.

Quo autem pacto deceat incise membratimve dici iam videbimus; nunc 63 212 quot modis mutentur comprehensiones conclusionesque dicendum est. fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum tum proceritate tardius. cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem. insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est e singulis longis et brevibus. explanandum est enim, quod ab aliis eidem pedes aliis vocabulis nominantur. dichoreus non est ille quidem 213 sua sponte vitiosus in clausulis, sed in orationis numero nihil est tam vi-

§ 210 (1) *Cic. In Verr. 2, 4, 106–108* | (1–2) *Cic. In Verr. 2, 4, 72–74* | (2) *Cic. In Verr. 2, 4, 117–119*

§ 212 (20–22 fluit . . . tarditatem) *Rufin. gramm. VI 570, 29 – 571, 2* || *§ 212 sq.* (22– *p. 72*, 2 insistit . . . magis) *Rufin. gramm. VI 567, 30 – 568, 3* | (22–23 e quibus . . . vocatur) *resp. Rufin. gramm. VI 566, 29 et 576, 6* | (23 dichoreus) *cf. Mar. Vict. gramm. VI 90, 17 sq.*

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

2 syracusorum **U** *ut v.* || 6 tum valet *trp.* **BNQ** || 8 uult **PQV** | ammirans **FPOHWT** | anquirit *π* inquirit **f** acquirit **O**ᵛ**BHNKRQV** acquirat **O**¹ adquirit **FPUSWJETM***ε* | quid] quod **BNQ** | reprehendat *edd.* prehendat **OHREVMf** prendat **L** *ε* praendat **B** || 9 nec **L** non *Sauppe ap. Jahn* || 10 ipse **L** ipsam *Gulielmius* in se *Kroll (prob. Kornitzer 1914, 124, dub. Thomas 1913, 268 n. 1, obloq. Ammon 1914, 460)* | iis *edd.* hiis **HK***ε* his **L** || 11 licere *π Minuc., Tulichus in mg.* liceret **L** *Tulichus* | dictio] distinctio **BNSQ** || 13 possunt] possent **J** posse ut **BNQ** possunt ut **S** || 14 sed *om.* **B** || 16 cogat *edd.* cogit **L** || 17 mutari **BEQ** || 18 pacto *om.* **B** | dici] *malim* dicere || 19 comprensiones **FU** || 20 incitatus **PUJ** *codd. Rufini* || 22.23 est secuta *trp.* **BNQ** || 24 quod **L** quod iam *Rufin.* quoniam *Stangl* || 24.25 ab aliis *Rufin.* ab illis **L** || 25 eidem] iidem **UB** | dichoreius **FUHNSKRWET** || 25–26 dichoreus . . . clausulis *om. Rufin.*

tiosum quam si semper est idem. cadit autem per se ille ipse praeclare,
quo etiam satietas formidanda est magis. me stante C. Carbo C. f. tr. pl.
in contione dixit his verbis: 'O M. Druse, patrem appello' – haec quidem
duo binis pedibus incisim; dein membratim: 'tu dicere solebas sacram
214 esse rem publicam' – haec item membra ternis; post ambitus: 'quicunque eam violavissent, ab omnibus esse ei poenas persolutas' – dichoreus
(nihil enim ad rem, extrema illa longa sit an brevis), deinde: 'patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit' – hoc dichoreo tantus clamor
contionis excitatus est, ut admirabile esset. quaero nonne id numerus
effecerit. verborum ordinem immuta, fac sic: 'comprobavit filii temeritas':
iam nihil erit, etsi 'temeritas' ex tribus brevibus et longa est, quem Ari-
215 stoteles ut optimum probat (a quo dissentio). 'at eadem verba, eadem
sententia.' animo istuc satis est, auribus non satis. sed id crebrius fieri
non oportet: primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat, postea cognita facilitate contemnitur.

64 Sed sunt clausulae plures, quae numerose et iocunde cadant. nam et
creticus, qui est e longa et brevi et longa, et eius aequalis paean, qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissime putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex; nam aut e longa est et tribus brevibus
(qui numerus in primo viget, iacet in extremo) aut ⟨e⟩ totidem brevibus
et longa; in quem optime cadere censent veteres, ego non plane reiicio sed
216 alios antepono. ne spondeus quidem funditus est repudiandus, etsi, quod
est e longis duabus, hebetior videtur et tardior; habet tamen stabilem

§ 214 (**11–12**) *Aristot. rhet. 3, 8, 5 (1409 a 8) ut vid.*

§ 213 (**1–2** magis) *Rufinus, v. supra* | (**1** cadit . . . praeclare) *resp. Pompeius Messalinus ap. Rufin. gramm. VI 575, 15 sq.* | (**3–4** haec . . . solebas) *Non. p. 130, 12–14* (INCISIM) || *§§ 213–214* (**3–12** O M. Druse . . . probat) *Rufin. gramm. VI 576, 8–18* || *§ 214* (**7–8** patris . . . comprobavit) *Quint. 9, 4, 103 (ex Oratore)* || *§§ 215–216* (**16**–*p. 73*, **3** Sed sunt . . . compensat) *Rufin. gramm. VI 576, 19–29* || *§§ 215–218 respicere Quintilianum 9, 4, 79 monet Winterbottom*

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

1 ille ipse *trp. Rufin.* || **3** hiis **HKJ** | O M.] o mi **F**^{1}**BV** Omī **N** Ommi **E** Omni **Q** o **J** | patrem] parem *Rufin.* || **4** duo binis] duobus in his *Rufin.* | dein] de in **PS** deinde **ε f** *Non. Rufin.* | tu **L** *Rufin.* tum *Non.* || **5** item **L** item ⟨duo⟩ *Kroll, Yon* autem *Pid.* | quicumque **P** || **6** eam viol.] violasset *Rufin.* | ei] eis **BQ** *om.* **N** | dichoreius **FUSK**^{2}**RE** || **7** patris] paris *Rufin.* || **8** fili **F** *Quint.* | dichoreio **FUNSREQ** || **9** ammir- **FPO(H)WT** || **10** fili **F** || **11** quem **P**^{2} (*ut v.*) **O**^{2} (al.) **HWT M** *Rufin.* quam **LO**^{1} quae **P**^{1} *ut vid.* *de* **K** *n. l.* || **12** dissensio **BN** | verba] uerba et **O** || **13** satis . . . fieri *om.* **P**^{1} || **16** numerosae **FB** (-ę) | iocundae **B** iucunde **POKWT** iucundae **F** || **18** quam **ε** quae **BNQ** qui **L** *Rufin.* || **19** inligari **FUNSQ** || **20** e *Rufin.* *om.* **L** *del. Baehrens 1912, 534 med. et Thierfelder 1955, 636* || **21** et] e **B** | in *om. Rufin., del. Stangl, def. Ammon 1914, 459 cl. § 223* in spondeos cadit | reicio **FHWJQV** || **22** funditus est *trp. Rufin.* || **23** duabus *om. Rufin.*

quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus vero multo
magis et in membris; paucitatem enim pedum gravitate sua et tarditate
compensat. sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno
pede extremo; adiungo, quod minimum sit, proximum superiorem, saepe
etiam tertium. ne iambus quidem, qui est e brevi et longa, aut par choreo 217
qui habet tris breves ⟨trochaeus⟩ (sed spatio par, non syllabis) aut etiam
dactylus, qui est e longa et duabus brevibus, si est proxumus a postremo,
parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus aut
spondeus; nunquam enim interest uter sit eorum in pede extremo. sed
iidem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in extremo locatus est,
nisi cum pro cretico extremus est dactylus. nihil enim interest, dactylus
sit extremus an creticus, quia postrema syllaba brevis an longa sit ne in
versu quidem refert. quare etiam paeana qui dixit aptiorem, in quo esset 218
longa postrema, vidit parum, quoniam nihil ad rem est, postrema quam
longa sit. iam paean[a], quod plures habeat syllabas quam tris, numerus a
quibusdam, non pes habetur. est quidem, ut inter omnis constat antiquos,
Aristotelem Theophrastum Theodecten Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae; putant illi etiam cadenti, quo loco mihi
videtur aptior creticus. doch[i]mius autem, e quinque syllabis, brevi

§ 218 (**15–19**) *Aristot. rhet. 3, 8, 5 (1409 a 8–11)*

(**1–15** sit) *resp. Quint. 9, 4, 79 (cf. supra)* || *§ 216* (**1–3** compensat) ***Rufinus**, v. supra* | (**2–3** pedum ... compensat) ***Pompeius Messalinus** ap. Rufin. gramm. 575, 12–14* || *§§ 216–218* (**3–16** sed hos ... existimatur) *Rufin. gramm. VI 574, 18–31* || *§ 217* (**5–6** par ... breves) *resp. Ps. **Bassus** gramm. VI 307, 10 sq.* || *§ 218* (**15–16** iam ... habetur) *resp. Quint. 9, 4, 80 in.* | (**15**–*p. 74,* **1** iam paean ... aptus est) *Rufin. alio loco, i. e. gramm. VI 577, 10–16* | (**18–19** putant ... creticus) *resp. fort. Pomp. Messal. ap. Rufin. gramm. VI 575, 16*

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

2 grauitate sua et **O**^{v}**U** *Rufin. Pomp. Messal.* grauitatis suaet **FV** grauitatis su(a)e **LO**^{1}**M** || **3** in *om.* **B** | pedes nom. *trp.* **P**^{1} || **4** minimum] nimium **BNQ** | saepe] uero saepe **P**^{1} || **5** choreio **FNSRE** (co-) choreia **U**^{1} *ut v.* || **6** tris **LU**^{2} tres **PU**^{1}**JT** | breues **L** (*deficit* **K**) | trochaeus *Rufin.* *om.* **L** *post* choreo (**5**) *colloc. H. Meyer, Hdg., Stangl* || **6. 7** *post* etiam *lac. stat. Laurand ap. Tovar-Bujaldón; pro* dactylus ... brevibus *proposuit* anapaestus qui est e duabus brevibus et longa *Wuilleumier 1929, 179; tradita tamen bene def. Di Capua 1913, cf. Tovar-Bujaldón p. 138, LVI: 3* || **7** proxumus **O**^{a}**U** -imus **L** || **8** choreius **FU**^{2}**NSK**^{2}**REV** choreus **Q** || **8. 9** chor. aut spond. *trp.* **BNQ** || **9** spondeus **UBNQ** (-ę-) spondius **L** | numquam **F** || **10** idem **FBSREV** hijdem **H** *de* **NK** *n. l.* | concluduntur *Rufin.* || **13** paena **P**^{1} | artiorem *Rufin.* || **14** videt *Rufin.* || **15** paean *Rufin.* p(a)eana **L** poeana **B** paeane **H** | habet *Rufin.* | quam tris *om. Rufin 574* || **16** habetur] ex-
habetur
istimatur *Rufin. 574* nominatur *Rufin. 577 ut v. (v. Keilii app.)* | omnis **LO**^{a} omnes **PKJ** || **17** Theodecten *Rufin.* theodectum **LU**^{2}(**H**) theodetum **E** theodoctum **O** *om.* **U**^{1}**BNQ** || **19** dochmius **J** *Rufin.* dochimius **LP**^{2} dochinius **N** dochrimius **H** dachimius **P**^{1}**W**

duabus longis brevi longa, ut est hoc 'amicos tenes', quovis loco aptus est, dum semel ponatur; iteratus aut continuatus numerum apertum et nimis

65 219 insignem facit. his igitur tot commutationibus tamque variis si utemur, nec deprehendetur manifesto quid a nobis de industria fiat et occurretur satietati.

Et quia non ⟨numero solum⟩ numerosa oratio sed et compositione fit et genere, quod ante dictum est, concinnitatis (compositione potest intelligi, cum ita structa verba sunt, ut numerus non quaesitus sed ipse secutus esse videatur, ut apud Crassum: 'nam ubi lubido dominatur, innocentiae leve praesidium est'; ordo enim verborum efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria): itaque si quae veteres illi, Herodotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem, apte numeroseque dixerunt, ea

220 si⟨c⟩ non numero quaesito, sed verborum collocatione ceciderunt. formae vero quaedam sunt orationis, in quibus ea concinnitas est ut sequatur numerus necessario. nam cum aut par pari refertur aut contrarium contrario opponitur aut quae similiter cadunt verba verbis comparantur, quidquid ita concluditur, plerunque sic ⟨fit⟩ ut numerose cadat (quo de genere cum exemplis supra diximus), ut haec quoque copia facultatem afferat non semper eodem modo desinendi. nec tamen haec ita sunt arta et astricta ut ea, cum velimus, laxare nequeamus. multum interest utrum numerosa sit, id est similis numerorum, an plane e numeris constet oratio: alterum si fit, intolerabile vitium est, alterum nisi fit, dissipata et inculta et ⟨dif⟩fluens est oratio.

§ 219 (**7**) ante] *§ 164 sq., cf. § 202 ex. (et § 181 in.)* | (**9–10**) apud Crassum] *Orat. Rom. Fragm.*[4] *nr. 66 (L. Licinius Crassus) fr. 26, p. 245 Malcovati* || *§ 220* (**18**) supra] *§§ 165–167* | (**20–23**) *Aristot. rhet. 3, 8, 1–2 (1408 b 21–28)*

§ 218 (**1** 'amicos tenes') *Mart. Cap. 5, 519, cf. Donat. ap. Rufin. gramm. VI 577, 1–7; Ps. Bassus gramm. VI 308, 27 sq.* | (**1–3** quovis . . . facit) *Pomp. Messal. ap. Rufin. gramm. VI 575, 14–15 (partim libere)* || *§ 219* (**9–10** 'nam . . . est') *Quint. 9, 4, 109 (probab. ex Or.)* | (**11–13** itaque . . . ceciderunt) *resp. Quint. 9, 4, 16* || *§ 220* (**20–23** multum . . . oratio) *resp. Quint. 9, 4, 56*

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

1 ut est hoc] ut hoc est **V** hoc est *Rufin.* || **2** apertum] asperum *Pomp. Messal.* || **3** tanque **UET** tanquam **Q** || **4** deprendetur **FU** | quid . . . fiat] id quod . . . fiet *Pid. cl. De or. 3, 193* | occurret **BNSQ** || **6** numero solum, *quod omisit* **L**, *pro vocab.* numerosa *habet* **f** (*cf. Heerdegen 1925, 15 in.*) | fit *om.* **PJ** || **7** ante *edd. post Romanam 1469* aut **L** ut **f** || **7–11** *parenthesin primus agnovit Trojel 1856, 183* || **7** intellegi **FOUWT** || **8** cum *edd.* quam **L** | ita] ista **B** | sunt] sint **B** | ut] et **U**[2] || **9** lubido **L**(**N**) libido **PBHRQ** libo **K** || **11** orat.] orationis **BNSKREQ** || **12** thucydiden **P**(**U**)**HT** thucitidē **O**[2] (al.) thycidem **O**[1] || **12. 13** ea sic non *Hdg.* ea si non **L** ea sine **J** et ea non **f** etsi non *ε* ea scilicet non *Stangl* || **13** conloca- **FB** || **17** quidquid *edd.* quid quod **L** *fortasse* id quod*?* | plerumque **P** | *add. Heerdegen 1925, 16* sic ut **L** sic in **J** fit ut *edd.* || **19** adferat **U** | arcta **POBWQT** || **21** e] a **B** || **22–23** alterum si . . . oratio *om.* **BQ** || **22** dissupata **U** || **23** diffluens *(cf. § 233) Minuc., Tulichus* fluens **L** effluens **E**

Sed quoniam non modo non frequenter verum etiam raro in veris cau- 66 221
sis aut forensibus circumscripte numeroseque dicendum est, sequi videtur, ut videamus quae sint illa quae supra dixi incisa, quae membra. haec enim in veris causis maximam partem orationis optinent. constat enim ille ambitus et plena comprehensio e quattuor fere partibus, quae membra dicimus, ut et aures impleat et ne⟨q⟩ue brevior sit quam satis sit neque longior. quanquam utrunque nonnunquam vel potius saepe accidit, ut aut citius insistendum sit aut longius procedendum, ne brevitas defraudasse aures videatur neve longitudo obtudisse. sed habeo mediocritatis
rationem; nec enim loquor de versu et est liberior aliquanto oratio. e 222
quattuor igitur quasi ⟨h⟩exametrorum instar versuum quod sit constat fere plena comprensio. his igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus. sin membratim volumus dicere, insistimus atque, cum opus est, ab isto cursu invidioso facile nos et saepe diiungimus. sed nihil tam debet esse numerosum quam hoc quod minime apparet et valet plurimum. ex hoc genere illud est Crassi: 'missos faciant patronos; ipsi prodeant': nisi intervallo dixisset 'ipsi prodeant', sensisset profecto se fudisse senarium. omnino melius caderet 'prodeant
ipsi', sed de genere nunc disputo. 'cur clandestinis consiliis nos oppu- 223
gnant? cur de profugis nostris copias comparant contra nos?' prima sunt illa duo, quae κόμματα Graeci vocant, nos incisa dicimus; deinde tertium –

§ 221 (**3**) supra] *§ 211* || *§ 222* (**13–19**) Crassi] *Orat. Rom. Fragm.^{4} nr. 66 fr. 51, p. 259 Malcovati* || *§ 223* (**19**–*p. 76,* **4**) *ibid. fr. 52 a*

§ 221 (**4–5** constat ... partibus) *cf. Quint. 9, 4, 125* (*et post eum Diom. gramm. I 466, 20 sq.*) modus eius (*sc. perihodi*) a Cicerone aut quattuor senariis versibus aut ipsius spiritus modo terminatur || *§ 222* (**10–12** e quattuor ... comprensio) *respicere vid. Rufin. gramm. VI 567, 13–15* || *§ 223* (**20** 'cur ... nos?') *Quint. 9, 4, 101 (probab. ex Or.)* || *§§ 223–226* (**20**–*p. 77,* **1** cur ... comprensio) *Rufin. gramm. VI 571, 3–27*

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

1 set **P** || **2** aut for.] aut *del. dub. Tovar-Bujaldón* ac for. disceptationibus *Pid.* | numeroque **BQ** || **3** h(a)ec **PO^{1}HWT** hae **FO^v**(he) **U** (hę) **RE** (he) **HV** Ne **BS** ne **K** Nec **NJQ** || **4** obtinent **POHKRWJT** || **5** compreñsio **FU** | partibus] senariis versibus *Stangl e Quint. et Diom.* || **6** neque *Hdg.* neue (ne ue) **L** ne **HE** | quam satis sit *om.* **B** || **7** quamquam **FP** quam **N** | utrumque **P** | *post* utr. *add.* uel **BNQ** | nonnumquam **F** || **8** defraudasse **LP^{1}O^{1}N** (*ut v.*) defrudasse **FP^{2}O^{v}WT** || **9** auris **FREV** aut is **K** | aures vid. *trp.* **P^1** | set **N** || **10–12** e quattuor ... comprensio *corrupta putat Hdg., del. Stangl, def. Stroux 1913, 267 sq.* || **11** exam. **L** || **12** comprensio **FU^2** (*cf. praef. p. XX n. 3*) comprehensio **LU^1** *om.* **Q** | his ... singulis versibus] hi ... singuli versus *Primmer 1968, 34 c. n. 78* | nodi] modi **BNQ** *ut coni. Stroux 1913, 268 sq. (prob. Ammon 1919, 56; obloq. Primmer l. c.)* || **14** atque *Stangl 1884, 652 et Hdg. (prob. Ammon 1914, 459 sq.)* idque **L** ia que **P** *ut v.* itaque *Schuetz, Jahn fort.* iamque*?* || **16** appareat **BNQ** | ualeat **BNSQ** || **18** profecto se fudisse **S^2** (al.) *π* profecto se fugisse **U** profectos effugisse **FBNS^{1}REQV** (efu-) *ε* profecto effugisse **P** (*ut v.*) **OHKWJTM** *Hdg.* || **19** nunc] non **U** || **20** profugis **BNQ** perfugis **f** *Quint. Rufin.* perfugiis **L** | comparant **L** *Rufin.* comparat is *Quint.*

κῶλον illi, nos membrum; sequitur non longa – ex duobus enim ver-
sibus, id est membris, perfecta est – comprehensio et in spondeos cadit.
et Crassus quidem sic plerunque dicebat, idque ipse genus dicendi maxime
67 probo. sed quae incisim aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cade-
re debent, ut est apud me: 'domus tibi deerat? at habebas. pecunia su-
224 perabat? at egebas.' haec incise dicta sunt quattuor, at membratim quae
sequuntur duo: 'incurristi amens in columnas, in alienos insanus insa-
nisti.' deinde omnia tanquam crepidine quadam comprehensione longiore
sustinentur: 'depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et
quam fortunas tuas aestimasti' – dichoreo finitur. at spondeis proximum
illud. nam in his, quibus ut pu[n]giunculis uti oportet, brevitas facit ipsa
liberiores pedes: saepe enim singulis utendum est, plerunque binis, et
225 utri[u]sque addi pedis pars potest, non fere ternis amplius. incisim autem
et membratim tractata oratio in veris causis plurimum valet, maxumeque
iis locis, cum aut arguas aut refellas, ut nos[tra] in Corneliana secunda:
'o callidos homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda!' – membra-
tim adhuc; deinde caesim: 'diximus'; rursus membratim: 'testis dare vo-
lumus'; extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris, qua non
potest esse brevior: 'quem, quaeso, nostrum fefellit ita vos esse facturos?'
226 nec ullum genus est dicendi aut melius aut fortius ⟨quam⟩ binis aut ter-
nis ferire verbis, nonnunquam singulis, paulo alias pluribus, inter quae

§§ 223–224 (**5–10**) *Cic. Scaur. fr. 45 n Mueller II 3 p. 256* || *§ 225* (**15–19**) *Cic. orat. Corneliana II fr. 2, p. 421 Schoell = p. 61 Puccioni*

(**1**–*p. 77,* **1**) *Rufinus, v. supra* || *§ 223* (**5–6** 'domus ... egebas') *Quint. 9, 2, 15 (probab. ex Or.)* || *§ 224* (**8** crepidine) *resp. Prob. nom. gramm. IV 211, 33 sq.* || *§ 225* (**16–19** 'o callidos ... facturos?') *libere refert Quint. 9, 4, 122 sq. (et post eum Diom. gramm. I 466, 7–13)*

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

1 illi *om.* **B** || **2** est compr.] comprehensio est **L** *Rufin., trp. Lamb.* | comprensio **F**[1] | spondẹos **Q** spondios **L** || **5** est] etiam **B** | superabas **B** separabat **V** || **6** aegebas **B** agebas **UJ** *Rufini cod. A* egebat **E** | incise **FU**[2]**SR** incisa **LU**[1] || **7** secuntur **P**[1]**UBWJEV** | alienis *Rufin.* | insanus *om.* **f** *Rufin.* || **8** tamquam **F**[2] | comprensione **F** -pressione **U** || **9** sustinetur **B** || **10** quam *om.* **BNQ f** *ε* *Rufin.* | extimasti **NS**[1] (*ut v.*) **RJEVT** existimasti **B** | dichoreio **FUHNSKRWEV** (-co-) | finitum *Rufin.* | spondeis *Rufin.* spondeus **BR** (*ut v.*) **Q** (-ẹ-) spondius **L** || **11** in *om. Rufin.* | pugiunculis **B** *Rufin.* pungiunculis **L** pugnunculis **U** pugnaculis **Q** | facit **LF**[2]**M** fecit **F**[1] faciet *Rufin.* || **12** plerumque **V** || **13** utrisque *Rufin.* utriusque **L** || **14** tractata] tracta **RE** *Rufin.* | maxumeque **FO**[a] maximeque **L** *de* **N** *n. l.* || **15** iis *Rufin.* hiis **K** his **L** in his **V** | nos *Rufin.* nostra **L** ⟨illa⟩ nostra *Sa.* || **16** o[1]] oi *Quint. cod. A* | calidos **P** | ingenua **O** || **17** deinde **L** dein *Rufin.* | rursus membr. *om. Quint.* | testis **LO**[a] testes **E** || **18** comprensio **FW** | qua] quia **BNSQ** *codd. Rufini* || **19** quaeso *ε edd.* quas **K** quasi **L** *Quint. Diom. Rufin.* | refellit *Rufin.* | vos] nos **PK**[1]**JEV** (*ut v.*) *de* **N** *n. l.* || **20** genus est *trp.* **BNQ** | est dic. *trp. Rufin.* | quam *ε* *om.* **L** *Rufin.* || **21** ferire **LO**[v] *Rufin.* fere **PO**[1]**J** finire **BNSQ** | quae *Rufin.* quas **L**

variis clausulis interponit se raro numerosa comprensio. quam perverse fugiens ⟨H⟩egesias, dum ille quoque imitari Lysiam volt, alterum paene Demosthenem, saltat incidens particulas; et is quidem non minus sententiis peccat quam verbis, ut non quaerat quem appellet ineptum qui illum cognoverit. sed ego illa Crassi et nostra posui, ut qui vellet auribus ipsis quid numerosum etiam in minimis particulis orationis esset iudicaret.

Et quoniam plura de numerosa oratione diximus quam quisquam ante
nos, nunc de eius generis utilitate dicemus. nihil enim est aliud, Brute, 68
quod quidem tu minime omnium ignoras, pulchre et oratorie dicere nisi 227
optimis sententiis verbisque lectissimis dicere. et nec sententia ulla est, quae fructum oratori ferat, nisi apte exposita atque absolute, nec verborum lumen apparet nisi diligenter collocatorum; et horum utrunque numerus illustrat, numerus autem – saepe enim hoc testandum est – non modo non poetice vinctus verum etiam fugiens †illum† eique omnium dissimillimus. non quin idem sint numeri non modo oratorum et poetarum, verum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium quae metiri auribus possumus; sed ordo pedum facit ut id quod pronuntiatur
aut orationis aut poematis simile videatur. hanc igitur sive compositio- 228
nem sive perfectionem sive numerum vocari placet, [et] adhibere necesse est, si ornate velis dicere, non solum, quod ait Aristoteles et Theophrastus, ne infinite feratur ut flumen oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis aut interductu librari, sed numero coacta debet insistere, verum etiam quod multo maiorem habent apta vim quam soluta. ut enim athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaestram quandam, ut quicquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam idem ad aspectum etiam sit venustum, sic orator nec plagam gravem facit, nisi petitio

§ 228 (20 – 21) *Aristot. rhet. 3, 8, 2 (1408 b 26 – 28)* | (20 – 22) *ibid. 3, 8, 6 (1409 a 19 – 21)*

§ 226 (– 1 comprensio) *Rufinus, v. supra* || *§ 228* (23 – *p. 78,* 2 ut ... intelligit) *respicere vid. Quint. 9, 4, 7 ex. – 8*

Codices: **L** (*non* **Bud.**); *verba* nihil ... dicere (8 – 10) *quibusdam omissis habet* **flor. Bern.** *f. 159*^{v}

1 interponit se *trp. Rufin.* | numerose **U**^{1} | comprensio **F** (*cf. praef. p. XX n. 3*) comprehensio **L** *Rufin.* || 2 egesias **L** | lysian **FPU**^{2}**T** | uolt **LO**^{a} (*ut v.*) uult **PKQ** || 3 demosthenen **FUV** || 5 ipsis] ipse*?* || 9 pulcre **PHNJV** | oratorie] ornate **T** || 10 lectissimis **SR flor. Bern.** π lectissime **L** | et] sed *Madvig 1873, 191 et Hdg.* || 13 illustrat **LO**^{v} inlustrat **FU** illustret **PO**^{1}**HWJT** *de* **NK** *n. l.* || 14 uinctus **Q** (*ut propos. C. F. W. Mueller 1860, 25*) iunctus **L** (*etiam* **P**) *de* **UKR** *dubito* .s (cilicet). est *ss. post. manus in* **P** | illum *vix sanum; possis* versum || 15 iidem **OUHQV** | sint **P**^{2}**BE** sunt **LP**^{1} || 18 sive *om.* **PHWJ** siue comprehensionem **T** || 19 sive perf. *om.* **B** | et **L** *del. Manutius, Lamb.* || 22 librari **L** -rii **E** | coacta **LO**^{v} acta **O**^{1}**T** || 24 nec vitando] deuitando **BNQ** || 26 quidquid **P**^{1} *ut v.* qui equidem **J** | hiis **KJ** | ad pugnandum **B** || 27 orator *Bake 1856, 77* oratio **L** *Seel*

fuit apta, nec satis tecte declinat impetum, nisi etiam in cedendo quid
229 deceat intelligit. itaque, qualis eorum motus quos ἀπαλαίστρους Graeci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias, tantumque abest ut – quod ii qui hoc aut magistrorum inopia aut ingenii tarditate aut laboris fuga non sunt assecuti solent dicere – enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus nec
69 vis esse possit. sed magnam exercitationem res flagitat, ne quid eorum qui genus hoc secuti non tenuerunt simile faciamus, ne aut verba traici-
230 amus aperte, quo melius aut cadat aut volvatur oratio. quod se L. Coelius Antipater in prooemio Belli Punici nisi necessario facturum negat; o virum simplicem, qui nos nihil celet, sapientem, qui serviendum necessitati putet! sed hic omnino rudis, nobis autem in scribendo atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur; nihil est enim necesse, et si quid esset, id necesse tamen non erat confiteri. et hic quidem, qui hanc a L. Aelio, ad quem scripsit, cui se purgat, veniam petit, et utitur ea traiectione verborum et nihilo tamen aptius explet concluditque sententias. apud alios autem et Asiaticos maxume numero servientes inculcata reperies inania quaedam verba quasi complementa numerorum. sunt etiam qui illo vitio, quod ab Hegesia maxime fluxit, infringendis concidendisque numeris in quoddam genus abiectum inciderunt †siculorum† simili-
231 mum. tertium est in quo fuerunt fratres illi Asiaticorum rhetorum principes Hierocles et Menecles minime mea sententia contemnendi; etsi enim a forma veritatis et ab Atticorum regula absunt, tamen hoc vitium compensant vel facultate vel copia. sed apud eos varietas non erat, quod omnia fere concludebantur uno modo. quae vitia qui fugerit, ut neque ver-

§§ 229 – 230 (7 – 16) Antipater] *Hist. Rom. reliquiae I^2 fr. 1 p. 158 Peter*

§ 229 (2 ἀπαλ.) *respicere vid. Quint. 9, 4, 56*

Codices: **L** (*non* **Bud.**)

1 fuit] fuerit **BNQ** (*ut Victorius s. XVI et alii, e. g. Bake 1856, 77*) fiat **USf** | tecte *Victorius s. XVI et alii* tecti **L** recti **BNW** (*ut v.*) **Q** *om.* **ε** recte *Minuc., necnon Quint. 9, 4, 8 in simili sententia* tute **f** *ed. Romana 1469* | incedendo (*uno verbo*) **FUNSV** indicendo **J** || 2 intellegit **FOU^2SRW** || 4 ut *Manutius* ne **L** *Seel* | ii **π** hii **KJ** hi **L** | hoc] hec **B** || 5 adsecuti **U** || 8 *post* hoc *add. et exp.* sunt **O** | ten.] timuerunt **BNQ** | ne aut] ne **B** ut *Manutius, sed cf. Malcovati ad Brut. 53* | traiciamus **HKRWJ** trahiciamus **B(N)SEQV** traiiciamus **POUT** *de* **F** *n. l.* || 9 coelius **FPUSJE** caelius **R** *ut v.* celius **OHKWV** (*ut v.*) **T** ocelius **BNQ** || 10 prohoemio **R** prohemio **L** prohemmio **P** proemio **FBSE** premio **O** || 11 celet **ε** celat **L** celata **F** || 12 in scr. atque in d.] in dicendo atque in scribendo **BNQ** || 14 hic] id **BNQ** || 15 L. Aelio *post alios Marx 1882, 96 – 98* l(a)elio **L** | ad quem scripsit *del. Schuetz* | scripsit] scribit **ε** *Ern.* | cui] qui **P** | *verba* cui se purgat *susp. Hdg. interpolata esse* | purget **B** || 16 et *om.* **BNQ** | explet] complet **U^1** | -que *om.* **U^1** || 17 maxume **FO^aUT** -ime **L** | reperies **BNQ** -as **L** || 18 verba *om.* **OT** || 19 hege- **FOURT** ege- **L** || 20 siculorum **L** (sicc- **P**) versiculorum *Jahn* isiciolorum *Birt 1928, 35* || 22 Menecles] menocles **L** metiocles **B** methiocles **NQ**

bum ita traiciat ut id de industria factum intelligatur, neque inferciens verba quasi rimas expleat nec minutos numeros sequens concidat delumbetque sententias, nec sine ulla commutatione in eodem semper versetur genere numerorum, is omnia fere vitia vitaverit. nam de laudibus multa diximus, quibus sunt ⟨t⟩alia perspicue vitia contraria. 70

Quantum autem sit apte dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris 232 bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum; corrumpatur enim tota res, ut et haec nostra in Corneliana et deinceps omnia: 'neque me divitiae movent, quibus omnis Africanos et Laelios multi venalicii mercatoresque superarunt'; immuta paululum, ut sit 'multi superarunt mercatores venaliciique': perierit tota res. et quae secuntur: 'neque vestis aut caelatum aurum et argentum, quo nostros veteres Marcellos Maximosque multi eunuchi e Syria Aegyptoque vicerunt': verba permuta sic ut sit 'vicerunt eunuchi e Syria Aegyptoque'. adde tertium: 'neque vero ornamenta ista villarum, quibus L. Paul⟨l⟩um et L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo video perfacile Deliaco aut Syro potuisse superari'; fac ita: 'potuisse superari ab aliquo Syro aut Deliaco'. videsne ut ordine verborum paululum commutato, is- 233 dem tamen verbis stante sententia, ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta? aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam eamque ordine verborum paululum commutato in quadrum

§ 232 (**6–20**) *Cic. orat. Corneliana II fr. 9, p. 423 Schoell = p. 63 Puccioni*

§§ 232–233 (**6**–*p. 80,* **1** Quantum . . . solutum) *resp. probab. Quint. 8, 6, 64 in.* nec aliud potest sermonem facere numerosum quam opportuna ordinis permutatio || *§ 232* (**9–11** 'neque . . . mercatoresque' *et* 'venaliciique' [*ceteris omissis*]) *Quint. 9, 4, 14* | (**9–10** 'neque . . . superarunt') *Non. p. 188, 22–24* (VENALICII)

Codices: **L** (*non* **Bud.**) *atque inde a parte vocabuli* -per (*v.* **3**) *etiam* **A** *μ* (= *Σ Δ Θ Φ Ξ*); *cf. ad p. 66 sub 'Codices'*

1 traiciat **PHSRWJV** trahiciat **B**(**N**)**EQ** traiiciat **OUT** *de* **FK** *n. l.* | intellegatur **F** | inferciens] infar- **EV** (*ut v.*) inser- **BNQ** || **2** verba *om.* **P**^{1} | sequentes **U**^{1} | concitat **P**^{1} || **3** ulla] illa **U**^{1} | semper] *a parte vocabuli* per *pergit textus in* **A** *ceterisque codd. mutilis* || **4** uitia uitauerit **L** uitiauerit **A** || **5** talia *Stroux 1913, 269 et Malcovati 1934, 16* alia **L A** *μ* illa *ε* || **6** compositi **A** compositio **L** || **7** conloc- **FU** | dissoluat **L** | corrumpetur **ΘB** (*ut coni. Hoerner ap. Stangl*) || **8** et^{1} *om.* **AJT**^{1} (*ut v.*) **f** || **9** omnis **LO**^{a} **A** *Σ Quint.* omnes *μ Non.* | et *om. Quint.* | uenaliti **J** || **10** immuta . . . superarunt *om.* **A** | sit] sic **BNK** *om.* **Q** || **11** secuntur **AP**^{1} **BHWJ** sequuntur **L** || **12** aut **L** et **A** || **13–14** vicerunt . . . Aegyptoque *om.* **NEQ** || **13** permuta] permulta **AUJ** || **14** sic *om.* **B** | ut sit *om.* *Δ Φ Ξ* | sit] sic **BH** *om.* **A** *Σ Θ* || **15** paulum **LA** | Mummium] nummum **Q** nimium **J** || **16** his **L** *Σ Φ Ξ* hiis **ΘK** his ipsis *Δ* iis **A** (*We. p. 168*) | perfacile **L** facile **A** || **17** fac ita **L** facta ita **N** fac etiam **A** *Δ Θ Ξ* facetia *Σ Φ* | superari ab aliquo *om.* **AJ** || **18** paululum **A** *μ* **KR** paulum **L** *de Σ n. l.* | isdem **A** *Σ Ξ* **FSKR** hisdem **Φ NJE** iisdom *Δ Θ* **POUBHWQVT** || **19** tamen **A** *μ* *om.* **L** *del. Bake 1856, 77* || **20** dissipatam **LA**^{1} dissupatam **A** *ex corr.* (*cf. praef. p. XI n. 1*) dissolutam **OT** *de Φ n. l.* | aliquam *om.* **BNSEQ** || **21** *post* sententiam *add.* licet **L** | paululum **AR** paulum **L** paulo **V** | quadrum **POBT** (*cf. § 208*) quadram **L A** *Δ Ξ* **f** *ε* quadra **N** quadrigam *Σ Θ Φ*

redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum. age sume de Gracchi apud censores illud: 'abesse non potest quin eiusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet'; quanto aptius, si ita dixisset: 'quin eiusdem hominis sit qui improbos probet probos improbare'.

234 Hoc modo dicere nemo unquam noluit nemoque potuit quin dixerit; qui autem aliter dixerunt hoc assequi non potuerunt. ita facti sunt repente Attici; quasi vero Trallianus fuerit Demosthenes! cuius non tam vi-
71 brarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. sed si quem magis delectant soluta, sequatur ea sane, modo sic ut, si quis Phidiae clipeum dissolverit, collocationis universam speciem sustulerit, non singulorum operum venustatem, ut in Thucydide orbem modo orationis desidero,
235 ornamenta comparent. isti autem cum dissolvunt orationem in qua nec res nec verbum ullum est nisi abiectum, non clupeum sed, ut in proverbio est (etsi humilius dictum est tamen simile est), scopas, ut ita dicam, mihi videntur dissolvere. atque ut plane genus hoc quod ego laudo contempsisse videantur, aut scribant aliquid vel Isocrateo more vel quo Aeschines aut Demosthenes utitur: tum illos existimabo non desperatione reformidavisse genus hoc, sed iudicio refugisse; aut reperiam ipse eadem condicione qui uti velit, ut aut dicat aut scribat utra voles lingua eo genere quo illi volunt; facilius est enim apta dissolvere quam dissipata conectere.

§ 233 (**2–3**) Gracchi] *Orat. Rom. Fragm.*[4] *nr. 48 (C. Sempronius Gracchus) fr. 24 p. 181 Malcovati*

§ 233 (**1–4** age . . . improbare) *resp. Quint. 9, 4, 14 ex.* || *§ 234* (**7–8** quasi . . . ferrentur) *Rufin. gramm. VI 575, 23–25* | (**7–8** cuius . . . ferrentur) *Quint. 9, 4, 55 (libere); cf. Hier. epist. 130 (ad Demetriadem), 6 (PL 22, 1110)* || *§ 235* (**14–15** etsi . . . dissolvere [dissipare *Non.*]) *Non. p. 177, 24sq.* (SCOPAS) | (**20** facilius . . . conectere) *Serv. in Aen. 4, 482* | (**20** dissipata) *respicere vid. Quint. 9, 3, 39* illa dispersa sunt, quae a Cicerone 'dissupata' dici puto

Codices: **L** (*non* **Bud.**) **A** μ (= $\Sigma\, \Delta\, \Theta\, \Phi\, \Xi$); **20** facilius . . . connectere *habet* **flor. Regin.** *f. 40*[r]

1 fuerat **B** (*ut coni. Lamb.*) | antea **L** ad **A** || **2** *post* Gracchi *add.* oratione **ΘB** | abesse non] habens se non **A** abes se **J** || **3** probos . . . hominis sit (**4**) *om.* **OT** | probosim probare **FKRV** | qui improbos **APUBHWJ** quin probos **NSEQV** quum probos **FK** cum probos **R** *deficiunt* **OT** | quanto . . . probet (**4**) *om.* **NQ** || **5** umquam **FQ** | noluit] nolit **Ξ** uoluit **μPHWJVT** (*ut v.*) | nemoque **LP**[1] (*ut v.*) nemo qui **AμP**[2] qui **Φ** || **6** adsequi **F(U)** || **8** quem **AJ** quos **L** || **9** sequatur **AT** sequantur **LJ** | sic ut **AJ** *om.* **L** | clipeum] clupeum **F**[2]**S**[1]**KRV** dupeum **E** clypeum **F**[1] *de* **N** *n. l.* || **10** universam *om.* **T** || **11** desiderio **$\Delta\Theta$HJ** || **12** comparant **AJ** || **13** clupeum **FO**[a]**HSKRWEQVT** clipeum **APUBJ** *de* **N** *n. l.* | in *om.* **NQ** || **14** humilius **LA** hoc illius *Non.* | dictum **Lμ** dictu **A** | tamen simile est *om.* **AμQ** *Non.* | *ante* est[2] *add.* dictum **BN** | scopas **LΘ** copias **Aμ** || **15** dissolue **B** dissipare *Non.* | quod ego laudo *om.* **Aμml** || **16** scribantur **U** || **17** tum **L** tunc **AJ** | exist.] ex aestimabo **A** | formidauisse **FBNSREQV** || **18** iudicio] uitio **(B)NQ** | ipse **A** ipsa **L** | conditione **A** condictione **P**[1]**HV** || **20** dissupata *Quint. Ciceronem citans* | conectere **AF**[2]**PW** connectere **LF**[1] **flor. Regin.**

res autem sic se habet, ut brevissime dicam quod sentio: composite et 236
apte sine sententiis dicere insania est, sententiose autem sine verborum et ordine et modo infantia, sed eius modi tamen infantia, ut ea qui utantur non stulti homines haberi possint, etiam plerunque prudentes. quo qui est contentus utatur; eloquens vero, qui non approbationes solum sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, movere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, ut ei turpe sit quicquam aut spectari aut audiri libentius.

Habes meum de oratore, Brute, iudicium. quod aut sequere, si proba- 237
veris, aut tuo stabis, si aliud quoddam est tuum. in quo neque pugnabo tecum neque hoc meum, de quo tantopere hoc libro asseveravi, umquam affirmabo esse verius quam tuum. potest enim non solum aliud mihi ac tibi, sed mihimet ipsi aliud alias videri. nec in hac modo re, quae ad volgi adsensum spectet et ad aurium voluptatem, quae duo sunt ad iudicandum levissima, sed ne in maximis quidem rebus quicquam adhuc inveni firmius, quod tenerem aut quo iudicium meum dirigerem, quam id quodcunque mihi quam simillimum veri videretur, cum ipsum illud verum tamen in occulto lateret. tu autem velim, si tibi ea quae disputata sunt mi- 238
nus probabuntur, ut aut maius opus institutum putes quam effici potuerit, aut dum tibi roganti voluerim obsequi, verecundia negandi scribendi me impudentiam suscepisse.

Codices: **L** (*non* **Bud.**) **A Σ Δ Θ Φ Ξ**; *inde a verbo* negandi (20) *accedit* **Ψ**; 2–3 sine sententiis ... $infantia^1$ *habent et* **flor. Regin.** *f. 40ʳ et* **flor. Bern.** *f. 159ᵛ*

1 res **L** *om.* A^1, *sed in mg. add.* (*We. p. 162*) | autem sic se **ORJQV** autem se sic **L** se autem sic **A** | composite et *om.* **A μ m l** (*de* **Σ** *n. l.*) || 2 autem] enim **μ** *om.* **flor. Regin.** || 3 et^1 *om.* **flor. Regin.** | tamen *om.* **A μ m l** *de* **Φ** *n. l.* || 4 hominis **FSKRJV** | plerumque **P** || 5 adprob- **U** || 6 ammir- **POHW** | si liceat *bene def. Kornitzer 1914, 129 sq.* scilicet *Kroll in comm.* | moueri **F** U^1 **NKRE** || 7 quitquam **NJ** quicquid U^1 *om.* **Q** | spectari **A** spectare **B** exspectari **Θ π ε f** expectari **S** expectare **L** aspectari **Δ** *de* **Σ** *n. l.* | audiri **AS** audire **L** || 9 sequere **L μ** $Σ^2$ (*ut v.*) si qua ere **A** si quaere *fort.* $Σ^1$ *de* **Φ** *n. l.* | probaueris **L Δ Θ Ξ A** *in mg.* (*We. p. 162*) probabis A^1 **Σ** *de* **Φ** *n. l.* || 11 tanto opere **F** | asseueraui **AL** O^v adseueraui **FU** asseueraueram O^1 asseraui **J** asseueram **K** asseuerauerim **T** | umquam **AF** unquam **L** nūquam **J** quam **O** quod **T** || 12 adfirm- **FUR** || 13 mihimet **AJ** mihi **L** | uolgi **A** uulgi **L μ** || 14 adsensum **A Δ Φ Ξ FUSRJ** ass- **L Σ Θ** || 15 leuissima **AJ** *necnon nota marginalis in* **U** nouissima **L** U^1 | quitquam **J** || 16 dirigerem **L Δ Θ Φ** derigerem **A Σ** (*ut v.*) **Ξ** | quodcumque **F** P^1 || 17 tamen **A μ UJ** tam **π f** tum **ε** cum **FBNSKRQ** *om.* **POHWEVTM** || 19 probantur **NR** | potuerit **AL** T^2 possit T^1 || 21 impudentiam **A Σ Δ Θ Φ Ψ** (inp-) P^2 (al.) **HWJ** (*cf.* ausum *§ 36*) impudentia **Ξ** imprudentiam **L** P^1

De subscriptionibus codicum v. supra p. XXXI

INDICES

NOMINA PROPRIA

et vocabula ex iis derivata

VOCABVLA LATINA NOTABILIA

In hoc indice conficiendo non artis rhetoricae solum rationem habui, sed omnino vocabula selegi, quae Latinitatem Ciceronis illustrarent (praecipue commemoro substantiva abstracta atque adverbia). quam ob rem index ad ipsum Oratoris textum relatus est, ita ut verba a Cicerone aliunde allata plerumque non sint recepta.

Omnium vocabulorum, quae in indicem recepta sunt (exceptis duobus, *ex* et *habere*), omnia exempla in Oratore exstantia afferre studui. si cuius exempla nimis multa sunt, vocabulo 'passim' usus sum. praeterea non inutile sum ratus aliqua vocabula commemorare quae saepe in rhetoricis scriptis usurpantur sed in Oratore non exstant.

Aliquando mihi necessarium visum est legentibus indicare cuius momenti sint rationes criticae ad verborum copiam Oratoris determinandam. tum, si aliud vocabulum loco eius, quod in meo textu legitur, in codicibus quibusdam exstat, breviter in indice (sub illo videlicet vocabulo) uncis rotundis codicumque siglis adhibitis significo hoc modo rem se habere. rursus brevitatis causa nonnisi numeris inclinatis indico me (sive solum sive cum aliis editoribus) putare hoc loco formam huius vocabuli in textu legendam esse. ita e. g. 'anquirere *210*' significat *anquirit* legendum esse, quamvis codices hoc loco plerumque *acquirit* vel *adquirit* habeant.

Denique lectores monitos velim singula vocabula interdum in commemorata paragrapho plus quam semel inveniri.

1) Nam e Ciceronis contextu perspicuum est eum hoc loco *conposuit* scripsisse.

VOCABVLA GRAECA

Vol. V. Fasc. 1.

Maxime cum principibus philosopho esse disserendum · Ad principem ineruditum · An seni sit gerenda res publica · Praecepta gerendae rei publicae · De tribus rei publicae generibus · De vitando aere alieno

Vol. V. Fasc. 2. Pars 1.

Vitae X oratorum · Placita philosophorum

Vol. V. Fasc. 2. Pars 2.

De comparatione Aristophanis et Menandri · De Herodoti malignitate

Vol. V. Fasc. 3.

Aetia physica · De facie in orbe lunae · De primo frigido

Vol. VI. Fasc. 1.

Aqua an ignis utilior · De sollertia animalium · Bruta ratione uti · De esu carnium I · De esu carnium II · Platonicae quaestiones · De animae procreatione in Timaeo · Epitome libri de animae procreatione in Timaeo

Vol. VI. Fasc. 2.

Libri contra Stoicos et contra Epicureos scripti

Vol. VI. Fasc. 3.

De musica · De libidine et aegritudine · Parsne an facultas animi sit vita passiva

Vol. VII.

Fragmenta



K · G · SAUR MÜNCHEN · LEIPZIG

BIBLIOTHECA TEVBNERIANA

PLVTARCHVS, Vitae parallelae

Vol. I. Fasc. 1.

Theseus et Romulus · Solon et Publicola · Themistocles et Camillus · Aristides et Cato maior · Cimon et Lucullus

Vol. I. Fasc. 2

Pericles et Fabius Maximus · Nicias et Crassus · Alcibiades et Coriolanus · Demosthenes et Cicero

Vol. II. Fasc. 1

Phocion et Cato maior · Dion et Brutus · Aemilius Paulus et Timoleon · Sertorius et Eumenes

Vol. II. Fasc. 2

Philopoemen et Titus Flaminius · Pelopidas et Marcellus · Alexander et Caesar

Vol. III. Fasc. 1

Demetrius et Antonius · Pyrrhus et Marius · Aratus et Artaxerxes · Agis et Cleomenes et Ti. et C. Gracchi

Vol. III. Fasc. 2

Lycurgus et Numa · Lysander et Sulla · Agesilaus et Pompeius · Galba et Otho

Vol. IV

Indices

In Einzelausgaben:
Alexander et Caesar
Demosthenes et Cicero



K · G · SAUR MÜNCHEN · LEIPZIG